rior secum dispensare potest nisi ius sibi concedat: sicut constitutiones aliquorum  
religiosorum dant prelati q vtantur dispensationibus sicut ceteri fratres. Et ma-  
gister Gendelmus qui perrexit opus Sabuctis iuper. 4. sententiam reicit p'fatus  
dicam paludentis: et concludit dicens. Unde nec papa nec epus seculi dispensa-  
re potest sed per sui confessorum. In his vero q sunt iuris positum: quo solutus  
est legibus. no eget papa dispensatione. Et probatur idem a simili. Notum est q  
epi et superiores prelati possunt dare licentia subditis suis vt coherantur cum ma-  
luerint. Sed qui non poterant hoc facere erga seipos: contulit eis privilegium  
ut: vt ipsi et alij prelati immediate subiecti pape: put sint generales ordinum:  
possint eligere confessorem que maluerint. in. c. si. de pen. et rem. Et item no-  
stris provincia ibas ministris et custodibus: ac eorum vices gerentibus concessum  
est per quoda privilegium vt possint absolvere fratres suos excommunicatos: et dispen-  
sare in certis irregularitatibus. Et q visum est no sufficere illud p'iorum platorum  
honorabilis est alia coeclisior: vt sibi facere possint cu eis confessor per ipos ele-  
cat: put habetur in mari magno. fo. 56. tracta. 2. et fo. 140. Et Othensis loquens  
de prelati religiosi: et habentibus cura animarum: sicut reicit abbas in. c. Lon-  
querente. de offi. ordi. ponit sequentia. Lascant tibi abbates: et canonici eccliar  
cathedralium: que immediate subiunt epo: vel alij superiori: vt ad eum recurrat  
in confessionibus: nam ab alio non possunt absolui: cum a iudice non sit: abso-  
lutio facta non teneat. c. Omnis. de pen. et rem. Dicit tamen dicens Othensis  
q non vult dare illos qui hoc bacrenis non seruauerunt: si mortui sunt: sed re-  
linquit eos diuino iudicio. Et florentinus dicit q licet Othensis et Guillelmus  
dicant q cu est de more alicuius ecclie vt vnus sacerdos audiat alium sacerdo-  
tem et absoluat: epus hoc sciens fieri coheret tollerari: pot fieri: q eo ipso presumi-  
tur tacite approbare et licentia dare. Non videtur (dicit p'fatus florentinus) ista  
opinio multum iurari: post Othensem et Guillelmum declarati est per ius nouum in  
c. Si epus. de pen. et rem. lib. 6. q nulla consuetudine pot' introduci vt aliquis  
preter ius superioris licentiam possit coheret et absolui. Et ite sicut nemo potest  
generare seipsum: nec regenerare. vt in. c. debitum. de baptismo. Et item inter  
dantem et recipientem debet esse distinctio. Et loquendo in particulari in no-  
stro proposito quod est dare licentiam pro cuncto ad loca exteriora monasteri-  
orum monialiu: apparet clarius q prelati nequeat accedere ad huiusmodi lo-  
ca sine licentia sui superioris: quia cum in hoc requiratur examinatio legiti-



## Accedere ad monasteria monialium.

me causet ac maturitatis religionis persone: nullusq; debeat esse iudex in his que suam personā tangunt: requiritur determinatio superioris: qui hoc indicet: ac in eo dispenset. ¶ Si autem dicatur q; consuetudo est in contrariū: pōt respēderi q; in multis alijs illicitis ⁊ iuri cōtrarijs accidit idē: sed non ppter hoc excusantur in consciētia contrariū faciētes. Circa quod dicit prefatus Gendelinus in. 4. di. 38. Et quo prelati sepe numero dissimulant in positivis cōstitutionib⁹: ergo ubi non est data certa forma: ⁊ modus dispensandi de iure scripto: sufficit cū sciunt suis legibus passim cōtrairē: ⁊ non cōtradict: nec reclamāt verbo aut facto: cū tamē libere cōtradicare possint: sūm Personē in regulis moralibus. Sed h̄ hoc procedat de abolitione legū suarum positivarū: non tñ binōi nō correctio transgressionis votū: aut dissimulatio nuda sufficit in foro conscientie ad relaxandum votum: si est adhuc obligatoriu. ¶ Hic. n. opus est prelatū vti iure suo: ⁊ ex auctoritate dispensare: ⁊ de hoc certiozem reddi dispensatū: si vult esse tutus. Secus de suis constitutionibus: q; possunt nō observate abrogari: ⁊ pōt fieri pscriptio. hec ille. ¶ Ex predictis patet clare non sequi q; aliquis possit dispensare secū aut facere erga seipm: quod pōt erga subditos suos: immo remanet optime pbatū. Quid ergo dicendū? Respōdetur q; deberet prouideri in hoc per cōcessionē apostolicam: quia cōcederetur q; quilibet p̄latus posset dispensari ⁊ puideri seu licentiarī in binōi calū: ⁊ similibus per cōfessōrē electū ab ipō: in oib⁹ q; ipse posset dispensare ac puidere circa subditos suos. Interim autē q; talis cōcessio nō haberetur: oporteret q; capitulū generale per suā cōstitutionē istud declararet: atq; concederet. Sed adhuc tunc remaneret generalis absq; p̄uisione: p quo non potest excusari licentia ap̄lica. ¶ Si autē q̄ratur: cū nunc non habeatur p̄uio ap̄lica: nec capituli generalis: qualiter in hoc se habeāt prelati? Respōdetur q; inferiores prouinciales: vt custodes ⁊ guardiani: debent puideri in hoc de auctoritate sui prouincialis: pro quo data est forma: eorū. s. q; debent petere: ⁊ necesse habent obtinere: in speculo fratru m̄ino. fo. 24. col. 2. Et oportet q; in hoc sint premoniti: seu auisati: vt dici solet: quatenus sine scrupulo pcedāt in reb⁹ suis. ¶ Prouinciales vero attendant suā cōmissionem: quā generalis dat eis: videantq; vtrū prefata facultas contineatur ibi: vt cōprehendatur in cōtētis ibidem. Generalis autē forte posset iurari de. c. si. de peni. ⁊ remi. quod caplm licet solū loquatur in confessione: videtur posse etiā intelligi in dispensatione: put aliqui doctores dicunt. Et idem in alijs: q; sunt annexa istis. Et hoc q; sunt excepti: ⁊ prelati immediati pape. Iste m. tres cōditiones debent cōcurrere in inferiorib⁹ epis: vt privilegio dicti. c. vti possint ⁊ gaudere: put cōiter canoniste intelligunt. Et q̄m alijs p̄latis: vt sunt prouinciales: custodes: ⁊ guardiani: deff. cit vna predictarū conditionum. s. esse immediatos papem non conceditur eis aliquid per supradictū caplm si. licet aliter senserit cōpōsitor margarite. ¶ Verum est tñ q; q̄sum ad accedēdū ad loca exteriora monasteriorū monialiu: generalis et prouinciales non obfatiūbus supradictis poterūt accedere in monasterijs monialiu sue gubernationi subiectis: quia ipsi sunt visitatores illorū: habita tamen necessitate: seu aliqua rationabili causa suum officiū tangens. Atq; pro monasterijs sue gubernationi non subiectis: erit necessaria licentia: vt supradictum est. Si autē alicui visum fuerit q; ista sit scrupulosa nouitas: attribuat culpā fundamentis superius adductis: q; clarissime hoc dicunt ⁊ probant. Vel si inuenierit solutionem supradictorum fundamentorum: vel vnde dissoluat quod cuiusmodi fundamenta probant: potueritq; fundare



contrarium: sequatur illud.

Ceterum ista q̄ reliqua in hac materia superius posita: qui latius voluerit viderereperiet optime posita in tractatu Clipeus sacrarū monialūz denominato: per Reuerēdū ac doctissimū patrē bone memorie fratrem Joannem de argumentis editum.

## Alienatio bonorum.



**C**oncilium. Constantiense statuit q̄ generalis fratrum in-  
possit tollere quasq̄q̄ sup̄fluitates siue sint  
in reb⁹ mobilib⁹ vel immobilib⁹: q̄ntū fieri poterit bono modo:  
habito semper cōsilio maiōrū & discretōrū. Ac eligendo (si op⁹  
fuerit) aliquas personas q̄ ipsas sup̄fluitates: auctoritate di-  
cti cōcilij vedāre cōmutet aut alias in operib⁹ conuentuum cō-  
uertant. S. fo. 26. Et ff. o. 110. conce. 236.

**M**artinus. Statuit vt res oblatas: donatas: aut in vltima voluntate re-  
lictas ordinis fratrum minorum vel fratrib⁹ eiusdem ordi-  
nis: quarum pp̄ietas & dominū nullo medio spectat ad romanā ecclēsiā: pos-  
sit pcurator vel syndicus auctoritate sedis apostolice deputatus res ip̄as & re-  
rum predictarū precium nōle ip̄ius ecclēie recipere: & in fratrum ip̄orū vtilitates  
(put eis licet ex regula vel declaratione regule) cōuertere: sicut & quando a gene-  
rali vel prouinciali in puincia sua extiterint requisiti. Ac similiter q̄ idem syndi-  
ci vel pcuratores possint petere: erigere: recipere & alienare predicta. Circa que &  
alia plura: plenam & liberam concessit facultatem. S. fo. 129. conce. 290.

Syndicus.

Certe verbi alienare in prefata concessione positi: videtur q̄ syndicus vel pcurator sedis apostolice fratrib⁹ minoribus deputatus potest vendere illa que aliquo tempore fuerunt in vsu ordinis seu fratrum et postea vñr sup̄flua vel min⁹ vtilia q̄ alia quibus fratres huiusmodi indigent: accedente tñ licentiā ministroū generalis seu prouincialis. Ac similiter videtur q̄ possit idem syndicus vel pcurator res prefatas impignorare pro aliquo mutuo habēdo ad necessitates fratrum subleuandas. Cfratres tñ predicti sicut nequeunt alienare: nec vendere: q̄ sunt actus pp̄ietatis: sic etiā non possunt impignorare res suo vsui concessas: presertim q̄ Nicolai. i. in declaratione regule q̄ incipit. Exijt qui seminat. S. Ceterum: dicit sic. Dicimus inprimis: q̄ fratres ip̄a mutuis contrabendis abstinēant: cū eis mutuum contrabere: ip̄oam statu cōsiderato: non liceat. Et infra S. Quia vero. ait idem. Quia vero dominū librorum & aliorū mobilium quib⁹ tam ordo q̄ fratres vñantur (que tamen non sint dominij aliorū) ad ecclēsiā romanā specialiter spectare dignoscitur: que libros & mobilia interduz contigit seu expedit vendi: vel etiā cōmutari: fratrum vtilitatibus & cōm cōscientijs puidere volentes: eadē auctoritate concedimus: vt cōmutatio talium rerum: et ad eas res quarum vsus fratrib⁹ liceat habere: de generalis & prouincialis ministro rum in suis administrationibus conuinctim vel diuinitim auctoritate procedat. Quibus etiam de dispositione vsus talium rerum concedimus ordinare. Si vero res huiusmodi estimato precio vendi contingat: cū fratrib⁹ ip̄is per se vel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat: ordinamus & volumus q̄ talis pecunia seu precium recipiatur & expendatur in rem licitam cuius vsus fratrib⁹ licet habere per procuratorem a prefata sede deputandum: iuxta

Collector.



## Alienatio bonorum.

modum in superioribus necessitatibus preteritis et ingruentibus ordinatum.  
Idee Nicolai.

Ex iure cōi.

**Clemens.** 1. monasteriorum et aliarum administrationum regularium dispensationis occurrere volens: ppetuo prohibuit edicto ne quis religiosus monasterio, prioratus ecclesie seu administrationis cuius precidens: iura redditus: aut possessiones eiusdem: alicui ad vitam eius: seu aliud certum tempus: pecunia etiam inde recepta: quous modo concedat: nisi necessitas aut utilitas monasterii prioratus: ecclesie: aut administrationis huiusmodi hoc exposcat: conventus: si autem non habeat: prelati proprii assensu ad hoc nihilominus accedente. Si quis autem contrafecerit: penam suspensionis ab officio eo ipso incurrat: nec ex concessione ipsius recipiendi ius aliquod acquiratur. Verum premissa ad locationes: vel etiam reddituum aut fructuum venditiones ad tempus modicum faciendas declaravit non extendi. Habetur in Clementina Ad monasteriorum: de rebus ecclesie non alienandis.

Ex iure cōi.

**Paulus.** 2. protulit excommunicationis sententiam in eos qui bona ecclesiastica quecumque alienant: vel pactus per quod ipsorum dominium transferunt faciunt concessionem: hypothecam: locationem et conductionem ultra triennium: necnon in fondationem vel contractum emphyteoticum (preterquam in casibus a iure permixtis) aut de rebus et bonis in emphyteosin ab antiquo concedi solitis: et tunc ecclesiarum evidenti utilitate: ac de fructibus et bonis que servando servari non possunt pro instantis temporis exigentia. Et similem sententiam protulit in eos qui bona sic alienata recipiunt. Alienationemque ipsam nullius voluit esse momenti. Habetur in extragagati. Ambicioso.

Pro monia  
lib. 2. s. Clare

**Leo** 10. concessit licentiam et facultatem abbatibus et monialibus sancte Clare ultra montanis sub obia fratrum minorum regularis observantie existentibus: ut de consensu ministrorum provincialium: ac maioris partis conventuum: possint bona suorum monasteriorum (cuiuscunque annui valoris et qualitatis fuerint) pro aliis immobilibus et stabilibus bonis et annis redditibus et vassallis: in evidentem utilitatem eorundem monasteriorum permutare: censualiter: et ex precio illorum alia bona eisdem monasteriis utiliora emanant: non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus. B. ff. 43. conce. 138.

Pro monia  
lib. 2. s. Clare  
et tertiaris.

Eodem Leo concessit abbatibus et monialibus sancte Clare ac tertiaris: ut pro emergentibus necessitatibus et evidentibus utilitatibus conventuum et monasteriorum suorum: possint vendi et alienari: ac permutari quibet bona immobilia dictorum monasteriorum: de licentia tamen et consensu generalis aut provincialium ministrorum et duarum partium conventuum: domorum et monasteriorum quorum dicta bona fuerint. Et si similiter quod de consensu maioris partis caritatis: etiam ultra triennium locare (ultimis testatorum voluntatibus non obstantibus) dummodo id in conventuum locorum et monasteriorum ipsorum evidentem utilitatem (habita diligenti informatione a duobus vel tribus viris locorum in quibus bona talia consistunt) cedere dignoscatur. Super quo consentias prelatorum et predictorum bonorum virorum onerat. B. ff. 53. conce. 152.  
C. 3. Leo fecit aliam concessionem circa materiam Alienationis: que habetur in dictione Bona. §. ultimo.

**Clemens.** 7. extendit ad ordinem nostrum regularis observantie supra positam Leonis concessionem. §. 2. dummodo recipiende

# Altare. Appellare. fo. xx.

pecunie in domorum nostrarum reparationem: et earundem necessitates con-  
tinentur: prout patet per breue eiusdem Clementis datum die septimo Martii.  
1524.



## Altare.

**Honorius.** 3. concessit fratribus minoribus ut possint su-  
per altari portatili missas celebrare absque vlti-  
ora licentia prelatorum ecclesie: seu ordinariorum. b. ffo. 83. con-  
cessione. 242. et conce. 243.

**Honorius.** 4. concessit: ut si diocesani requisiti a fratribus minoribus  
debita humilitate: noluerint in ecclesijs eorum primarium  
lapideum ponere: ac ecclesias vel oratoria et altaria sua consecrare: vel id facere  
ultra quatuor menses dimiserint: possint predicti fratres per quoscunque volue-  
rint episcopos (gratiam et communionem apostolicę sedis habentes) premissa  
recipere. B. fo. 17. Et ffo. 101. conce. 12.

2  
Edificare.  
Consecrare.

**Clementis.** 4. concessit quod in locis ubi fratres degunt: possint habere ora-  
toria: et alia divina officia celebrare: ac etiam ecclesiastica recipere sacramenta. B.  
fo. 16. Et ffo. 140. conce. 33.

3  
Celebrare di-  
vina.

Adverte quod supradicta concessio impetrata est quando fratres non habebant  
ecclesiam in aliquo loco.

Collector.

**Sixtus.** 4. concessit eisdem fratribus: ut non solum in oratorijs et locis  
quibus degunt: sed etiam in quovis alio loco congruenti et bo-  
neto: possint super altari portatili: missas libere et licite celebrare. B. fo. 59. Et  
ffo. 143. conce. 344.

4  
Missas.

**Idem Sixtus** concessit quedam alia pertinentia ad altaria. Et hec habentur  
infra in dictione Benedicere in. 8. 5. 7. 6.

**Alexander.** 6. fecit quandam concessionem circa hanc materiam que  
dabatur in dictione Adiffa. 1. 8. 7.

5  
Celebrare.

**Idem Alexander** concessit ut fratres minores possint sine aliquo scrupulo ali-  
cuius censure: mutere reliquias extra urbem Romanam pro consecratione altarium:  
et lapides cuiuscunque generis: tunc consecratos: siue non. o. ffo. 70. concessione.  
174. Et ffo. 99. conce. 357.

7  
Reliquias.  
Consecrare

**Citra omnia predicta:** vide nonnulla alia pertinentia ad altaria: infra in dictio-  
ne Benedicere. 8. 12. 7. 13.

Collector.

## Appellare.



**Bonifacius.** 8. statuit ut ad correctiones et punitiones fra-  
trum ordinis minorum delinquentium in-  
figendas: prelati ordinis eiusdem: rimulis et a picibus iuris  
positis: libere procedere valeant: secundum consuetudines  
approbatas: et generalia facta et fienda ipsius ordinis instituta.  
Et quod predictis fratribus non liceat ab eisdem correctionibus ali-  
quatenus appellare: penam tamen in hoc deliberatione et maturitate debita ob-  
servatis. B. fo. 125. Et ffo. 202. conce. 499.

1  
Correctio.



## Appellare. Apostate ab ordine.

**Pius.** <sup>2.</sup> prohibuit ne aliqua persona cuiuscunque status gradus ordinis vel conditionis quicunque ecclesie aut sublimis ecclesie officio seculari sive fuerit dignitatis: audeat quouis quicunque colore ab ordinationibus: sententis sive mandatis apud appellationem interponere: sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda: aqua nisi per romanum pontificem: et in mortis articulo absolui non possit. b. sso. 138. conce. 551.

**Collector.** Circa materiam appellationis adverte qd Sixtus. 4. concessit qd generalis fratrum Carmelitarum: ac etiam Augustinensium. possit exercere suum officium reiecta quavis suorum subditorum appellatio: prout habetur late infra in dictione Generalis. §. 11. et 12.

**Iulius.** <sup>2.</sup> phibuit sub excommunicationis pena fratribus et sororibus ordinis predicatorum ne a mandatis et ordinationibus prelatorum dicti ordinis appellare valeant. Iudicibus vero quancunque curiarum sub prefata pena districte inbibuit: ne appellatores huiusmodi recipere: aut illas cognoscere quocumque modo presumant: decernens irritum et inane quidquid secus attentari contigerit. b. sso. 121. conce. 551.

## Apostate ab ordine.

Distinctio materie apostatarum ab ordine.

**Collector.** **Sciendum** est qd circa fratres apostatantes ab ordine seu a religione: sunt multa et varia statuta et ordinata per plures summos pontifices. Et istorum aliqua pertinent ad excommunicationem et alias penas quas huiusmodi fratres incurrunt: seu que contra eos possunt per prelatos inferri. Hec autem continentur infra in omnibus. §. ubi in margine est posita hec dictio Excommunicatio. Alia pertinent ad eorundem apostatarum reductionem et correctionem. Et hec habentur infra ubique in margine ponitur hec dictio. Correctio. Ad omnia vero spectant ad formam et modum licentiam aut eiciendi tales fratres: vel alios conformes ab ordine. Ista autem habentur etiam infra in omnibus. §. qui in margine habent sequentes dictiones. s. Eiecti ab ordine: vel Licentiarum fratres.

**Regorius.** <sup>2.</sup> statuit qd post factam professionem: nullus fratrum ordinis minorum audeat relinquere predictum ordinem: nec relinquere sit licitum alicui retinere: sub excommunicationis pena per prelatos in tales fratres infligenda. b. sso. 201. conce. 493.



**Innocentius.** <sup>4.</sup> phibuit districte: ne egressi ab ordine nostro proprio suo motu: aut expulsi propriis culpis et demeritis: presumant predicare: aut docere: vel confessiones audire (nisi de licentia pape aut prelatorum nostrorum) ad alium transferre ordinem. Et voluit qd si forte contra huiusmodi prohibitionem aliquid attentauerint: possint generalis et provinciales ordinis: in illos excommunicationis sententiam promulgare. b. sso. 36. Et sso. 120. conce. 271. De hoc vide infra. §. 11.

**Idem.** Innocentius precepit omnibus ecclesiarum prelatibus: ut omnino eiciant fratres minores discedentes ab ordine post professionem: presertim si sint excommunicatione notati. Ac qd illos (cum requisiti fuerint a ministris et custodibus) denuntiari faciant fore excommunicatos: ut cum demum se cognoverint inter boves humano carere solatio: ad ordinem suum et ad reddendum deo votum quod in eius susceptione deuoverant: reuertantur. b. sso. 37. Et sso. 121. conce. 267.

# Apostatate ab ordine.

So. xxi.

**C**YDEAD Innocentius decreuit: q̄ retinentes fratres minores sine licentia recedentes: sint ipso facto excommunicati. b. ffo. 260. conce. 651.

Excoicatio.

**C**YDEAD Innocentius cōcessit: q̄ generalis et provincialis ministri ac custodes et ceteri fratres ordinis minorum possint apostatas et insolentes dicti ordinis excoicare: ligare: capere: et carceri mancipare: si videbitur expedire. B. fo. 37. Et ffo. 121. conce. 264.

Excoicatio.  
Correctio.

**A**lexander. 4. precepit in virtute sancte obedientie: ac disricte inibuit quibuscunq̄ prelatis superioribus fratrum mino. ne aliquib⁹ fratribus dicti ordinis asserentibus se non posse ipsius ordinis observantias sustinere: concedant licentiā transeundi ad ordinem sancti Benedicti vel cartusien sum: nisi sub ea conditione: q̄ in ordine ad quez licentiant⁹ debeant permanere. Quod si contra fecerint se transeundo ad minorem seu minus strictū ordinem: vel (quod absit) ad seculum revertantur: voluit dictus pontifex q̄ prefati prelati possint circa tales rigorem ordinis exercere. Ac insuper decrevit ut quidquid circa concessionem huiusmodi licentie secus factum fuerit irritum sit et inane. b. fo. 26. Et ffo. 28. conce. 22.

Prohibitio

Licentiarē fratres.

**C**lemens. 4. inibuit ne quis post professionem in ordine nostro factā: sine generalis vel provincialis sui licentia discedat ab ipso ordine: ac q̄ discedentem absq̄ cautione litterarum: id est licentia in scriptis: alteri huiusmodi prelatorū: preterit alicuius privilegij apostolice sedis: nullus audeat retinere. Quod si forte retinere presumpserit: possint generales et provinciales ministri dūtarat contra ipsos fratres discedentes sententiam excoicationis promulgare. B. fo. 57. Et ffo. 141. conce. 327. Et ffo. 83. conce. 244.

Prohibitio

Licentiarē fratres.

Excoicatio.

**N**otandum: q̄ in mari magno fratrum predicatorum conceditur supradicta facultas: non solum generali et provincialibus: sed etiam singulis prioribus conventuū et eorū vicariis. Et ideo rōne cōicationis privilegiorū: poterūt gaudere huiusmodi facultate respectu fr̄m mī. guardiani: ac etiā eorū vicarij: q̄ndo. s. sunt p̄fides: do morū fr̄m: mortuū vel amoto guardiano. Et s̄ sit intelligēdū est q̄cūq̄ sit mētio de vicariis. Additur etiā in prefato mari magno predicatorum: q̄ detinentes fratres discedentes: secum vel in monasterijs aut ecclesijs suis: nisi eos eiecerint postq̄ eis denunciatum fuerit: sint excommunicati. B. ffo. 237. conce. 554.

Collector.

Pro guar.  
dianis et vicariis eorum.

Excoicatio.

**A**tende insuper circa prefatā: q̄ in mari magno fratrum Larmularum additur quedam magna clausula. s. q̄ possint prelati ordinis promulgare sententiā in retinentes fratres discedentes seu apostatas: siue tales retinentes sint laici vel clerici. Et hec est valde magna auctoritas concessa prelatis ordinis. Et credo q̄ alibi non inveniantur similis. B. ffo. 183. conce. 452.

Collector.

Mora.

**C**YDEAD Clemens statuit: q̄ si aliqui de fratribus predicti ordinis: post obtentam licentiā a sede apostolica seu a prelatis eiusdem ordinis: ad religionem aliam transeundi: infra duos vel tres menses se ad aliam religionem sue salutis congruam non contulerint: et ipsius non susceperint habitū regularem: licitum sit generali et provincialibus ministris ac vices eorum gerentibus: contra ipsos tanq̄ contra alios predicti ordinis apostatas procedere s̄m quod honestati ipsius ordinis viderint expedire. B. fo. 57. Et ffo. 142. conce. 328.

Excoicatio.

**Q**uod ad supradictam concessionem est notandū: q̄ in mari magno fratrum predicatorum conceditur: q̄ non solum generalis et provinciales ac eorū vices

Collector.



## Apostate ab ordine.

- Prio guar-** gerentes possint procedere contra fratres supradictos: verum etiam singuli prio-  
**dia, et vica.** res et eorum vices gerentes. Ac per consequens virtute communicationis pri-  
uilegiorum: poterunt similiter facere guardiam fratrum minorum et qui ipsorum  
vices habuerunt. **B. fo. 238. conce. 555.**
- 10**  
**Correctio.** **C** In mari magno concessit generaliter provincialibus ministris: ut possint apo-  
statas dicti ordinis excommunicare: capere: ligare: incarcerare: et alias subdere ri-  
gori disciplinæ tam per seipsos quam etiam per alios. Et hoc in quocumque habitu eos  
contigerit reperiri: inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. **B.**  
**fo. 58. Et ff. 141. conce. 329.**
- Collector.** **C** In mari magno fratrum Carmelitarum in. 5. Apostatas quocumque vestri ordinis  
**Mora.** et additur: quod prefati fratres apostate possint capi et incarcerari et in quocumque  
loco etiam si in curia romana inueniri eos contigerit: in qua sicut extra possint  
prelati ordinis super suos subditos: ratione precessionis tam tacite quam expresse emul-  
santur ordinari procedere. Et hec concessio credo quod non reperitur aubi. **B.**  
**ff. 186. conce. 470.**
- 11**  
**Electi ab or-** **C** In mari magno inibuit: ne fratres quos ab ordine pro suis culpis per ge-  
**dine.** nerali vel provinciales ministros aut custodes expelli contigerit: vel qui egressi  
**Predicatio** si fuerint proprio suo motu: predicare: confessiones audire seu docere presumant:  
nisi ad alium ordinem in quo licite exerceantur huiusmodi officia: transferantur cum  
prefata licentia. Et quod si forte contra huiusmodi inhibitionem aliquid super pre-  
missis temere attentare presumpserint: ministri et custodes: ac eorum vicarii: in  
illos quos infra fines suarum provinciarum et custodiarum iuxta consuetudinem  
dicti ordinis distractos inuenerint: ita presumptores: monitione premissa: au-  
thoritate apostolica: excommunicationis sententiam valeat promulgare. **B. fo. 58.**  
**Et ff. 141. conce. 330.**
- Collector.** **C** Attende quod in mari magno fratrum Carmelitarum: auctoritas in concessione  
immediate supraposita contenta: extenditur etiam ad priores locales et eorum vi-  
carios. **B. ff. 186. conce. 471.** Ac similiter in mari magno fratrum predicatorum  
conceditur prefata auctoritas singulis prioribus conventualibus et eorum vica-  
riis. Ita quod semper participantur quo ad ista priores conventuales et eorum vica-  
rii: nisi ubi expresse distinguit priores conventuales a provincialibus: quod tamē  
nunc reperitur factum de guardanis et vicariis fratrum minorum. **B. ff. 238. con-  
cessio. 557.**
- Prio guar-** **C** De vicariis Carmelitarum oportet inquirere quomodo se habeant in vfu:  
**dia, et vica.** sicut iam scimus de vicariis predicatorum.
- 12**  
**Electi ab or-** **C** In mari magno statuit: ut electos a predicto ordine vel egressos: qui a rece-  
**dine.** ptione in eodem ordine (suis culpis exigentibus) se reddiderint indignos: et alij  
**Licentia re-** fratres eiusdem ordinis: quod rationabili causa ad quoscumque ordines approbatos  
**fratres.** (per quos ad beati Augustini prelatorum et hospitalariorum ac aliorum religiosorum  
arma portantium) ad vitandam occasionem euagandi transire voluerint: ge-  
neralis et provinciales ministri cum suis testimonialibus litteris: auctoritate apo-  
stolica: liberam habeant licentiandi facultatem. Et districte inibet ne tales ad  
alium ordinem aliter transire vel aliqui eos recipere seu retinere presumant absque  
licentia speciali sedis apostolice faciente de hoc plenam mentionem, **B. fo. 58.**  
**Et ff. 141. conce. 30. et 31.**



**Nicolaus.**

4. statuit et ordinavit: ut fratres ordinis minorum qui post professionem ab eis in ipso ordine factam: ad quoscunque ordines petita vel non petita: obtenta vel non obtenta a suis superioribus licetia: immediate seu per alium vel alios ordines mediate transierint: vel etiam extra illos ad nullam omnino administrationem vel officii curam animarum habentem: nec etiam ad aliquam dignitatem: vel prelaturam: seu personatum: quoquo modo possint assumi: ab eis apostolice sedis speciali licentia: per ipsius sedis patentes litteras concessa: facientes plenam certam et determinatam de statuto: et ordinatione huiusmodi mentionem: decernens irritum et inane quidquid secus fuerit attemptatum. B. fo. 28. Et ff. de illi. conce. 239.

**Bonifacius**

8. concessit prelati ordinis minorum ut apostatas et insolentes dicti ordinis nisi huiusmodi prelatorum salubribus monitis acquiescant et communicare: capere: ligare: et carceri tradere (si videbitur expedire) possint et valeant ut habet in constitutionibus: seu statutis ordinis generalibus in c. de correctione delinquentium.

**Martinus.**

5. statuit: ut nullus religiosus ex quibuscunque ordinibus mendicantium: cuiuscunque status: conditionis vel religionis cri-  
 13  
 stat quoque modocumque vel qualitercumque possit vel debeat virtute cuiuscunque licentia aut indulti apostolici in genere vel in specie: ab ordinibus huiusmodi mendicantium ad monasticos ordines transferri nec admitti aut recipi (ordine Cartusienium dumtaxat excepto) sub pena excommunicationis: in quam tam recipientes quam recepti ipso facto incurrant: et a qua a nemine nisi a romano pontifice duntaxat (preterquam in mortis articulo) excommunicati huiusmodi absolutionis beneficium possint quomodolibet obtinere. B. fo. 88. Et ff. de illi. conce. 400.

**Eugenius.**

4. et 12. Diu. s. 2. statuerunt quod si quis prelatorum vel fratrum minorum tam conventualium quam de observantia nuncupatorum aliquem fratrem fugitivum seu apostatam receperit: ab officio cui preest suspensus et ad actus legitimos exercendos inhabilis fiat eo ipso. Et quod huiusmodi frater fugitivus a suo prelato ubicumque repetiatur per crimine et lenitate aut alia sine fuge causa: corrigi et puniri possit. Ac quod si postquam punitus et correctus fuerit recedere voluerit: petere debeat licentiam: prout alias ordinatum est. Nec de cetero a quovis fratrum de observantia repeti possit: nisi forte consiterit eum ad frugem melioris vite redire voluisse. Et decreverunt insuper: quod si quis prelatus vel frater predictorum: super restitutione fugitivorum huiusmodi requisitus: illa facere noluerit: in suspensionis et inhabilitatis predictae sententiam incidat eo ipso. B. fo. 6. Et ff. de illi. conce. 197.

Circa hoc videatur infra. §. sequenti. Et oportet examinare et verificare verum per bullam unionis et concordie a Leone. 10. factam sint sublatus iste pene.

**Pius.**

2. statuit quod preterea cuiusvis licentie aut concessione etiam per ipsum et sedem apostolicam generaliter vel specialiter cuiuscunque sub qua cumque forma vel expressione verborum date: etiam si talis fuerit quod de eius tenore et nomine et specialis: specifica et expressa mentio habenda fuerit: nullus prelati aut conventus vel singularis persona: tam ecclesiastica quam mundana recipiat aut recipere faciat: audeat vel presumat aliquem de fratribus minorum observantie recedente ab aliquo conventu siue loco: nisi ipse frater de licentia sui superioris prelati in scriptis concessa et facta recesserit. In qua de loco unde recesserit: et



## Apostata re ab ordine.

de persona sine loco ad quē accedere voluerit: specialis et expressa mentio fiat: decernens irritum et inane quicquid secus factum vel attentatum fuerit. B. fo. 27. Et ff. iii. conce. 278.

13  
Ex priuile.  
fratrum carme-  
litum.

**C**ONDEAD. Idem fecit quandam copiosam prouisionem contra omnes principes et duces ac alios magnates fauentes apostatis et alijs fratribus inobediētibz ordinis Carmelitarum: mandans procedere contra ipsos per ceteras ecclesiasticas et inuocationem brachij secularis. B. fo. 91. Et ff. 172. conce. 404.

Correctio,  
Mora.

**C**ONDEAD. Idem concessit generali et alijs prelatiis inferioribus ordinis Carmelitarum predicti: vt omnes et singulos apostatas: criminosos: incorrigibiles aut delinquentes fratres eiusdem ordinis: quos iuxta ordinis instituta et consuetudines: comode punire nequiverint: non solum penis in statutis ordinis contentis: sed etiam (si eorum demerita et excessus id exegerint) arcionibus penis possint illos: tam per se q̃ per locorum ordinarios et eorum officiales seu alios ministros capere: et carcerali custodie mancipare: ac torquere et torqueri facere et punire. Ita tamen q̃ si eorumdem fratrum excessus a deo graues et enormes fuerint: q̃ illorum occasione questionibus subdi debeant vel tormentis (citra tamē ultimi suplicij: mutilationisq̃ membrorum penas) q̃stionibus huiusmodi subijci nequeant vel torqueri: nisi cum duorum ex fratribus antiquioribus dicti ordinis: ad hoc per superiores deputatorū presentia et assensu. B. fo. 92. Et ff. 175. concessione. 409.

20  
Recipere.

Pro fratribz  
obseruantijs  
et conuentuali-  
bus.

**Paulus.** 2. statuit q̃ fratres mī. conuentuales nequeant recipere aliquos fratres de obser. transugas seu ad eos fugientes: nisi ostēderint litteras licentie a prelato suo per eos obtentas: in quibus contineatur nomē conuentus a quo recesserint: et illius ad quē remissi inuictiā sub preterito cuiuscunq̃ licentie super hoc ip̃is fratribz cōuentualibus eorūq̃ prelatiis ab apostolica sede cōcessi: quā quo ad hoc penitus renouauit: sed illos ad prelatos suos remittere teneantur. Et vice versa p̃buit ne fratres de obser. recipiant scandalosos et criminosos fratres conuentuales disciplinā ordinis subter fugientes: sed illos similiter ad prelatos suos remittere debeat: seruata tamē forma per Eugenū. 4. et Idm. 2. tradita. s̃ supra in concessione. 16. et. 17. Et voluit q̃ contrarietates et eis dantes consilium: auxilium vel fauorem: publice vel occulte: directe vel indirecte: cuiuscunq̃ status: gradus vel dignitatis fuerint in ordine: ex cōmunicatio- nis sententiam incurantia qua non possint nisi a romano pontifice (preter q̃ in articulo mortis) absolutionis beneficiū obtinere. B. fo. 9. Et ff. 94. cōce. 202.

Licentia re  
fratres.

Excōcatio

Collector.

**C**onsiderandum est vtrum predictę prouisiones facere respectu fratrum obseruantium et conuentualium antiquitis: habeant hunc locum: quia in bulla cōcoz die per Leonem. 10. facta in eadem materia. s̃ receptionis conuentuum: aliter ordinatum est. Nam licet quoad receptionem fratrum. q̃ idem sit nunc et tunc: tamen non imponuntur pene antiquitatis sit relatio ad ip̃as. Idcirco op̃ esset circa hoc habere declarationem apostolicam vel iurisperitorum.

**Sixtus.** 4. prohibuit vt nulli fratrum Carmelitanorum post factam in domibus discedere. Discedentem vero absq̃ litterarum prelatorū dicti ordinis cautione: nullus audeat retinere. Et si quis forsan retinere ausus fuerit: licitus sit prelati eiusdem ordinis in ipsos fratres: et eos qui dictos fratres retinent clericos vel laicos regularem sententiam promulgare. B. ff. 183. conce. 452.



**Adverte** circa predicta: et nota maximam auctoritatem concessam prelatis fratrum tam contra fratres quam quo ad alias personas.

Collector.

**Innocentius.** 8. confirmavit litteras Sixti. 4. inferendo illas de verbo ad verbum in quibus statuitur quicunque frater minor regularis observantie absque licentia generalis vel provincialis sui presumpserit recedere ab eorum obedientia seu apostata recipi facto excommunicationis sententia ligatus sit. Quam sententiam voluit ut similiter incurrant recipientes huiusmodi fratres non obstantibus quibuscumque privilegiis et litteris apostolicis in genere vel in specie quibuslibet locis vel personis per sedem apostolicam concessis: et imposterum concedend. s. B. fo. 37. Et ff. 121. conce. 265.

Excôcacio,  
Recipere,

**Alexander.** 6. edidit quandam bullam magnam in qua copiosissime et sufficientissime providit contra fratres apostatas aut exemptos vel ad alios ordines translatos absque licentia prelatorum ordinis et observantie nostre. Et quia longum foret explicare omnes clausulas in ea contentas: ideo sufficit remittere ad illam. B. fo. 14. Et ff. 98. conce. 209.

**Iulius.** 2. confirmavit litteras Alexandri. 6. immediate suprapositas: prohibentes fratres posse commorari extra domos sui ordinis: nec se de una provincia vel custodia ad aliam transferre: etiam pretextu litterarum apostolicarum. B. ff. 210. conce. 513.

**Idem Iulius** dum esset cardinalis et protector ordinis minorum: fecit auctoritate apostolica quandam processum contra fratres dicti ordinis de observantie transgressos se ad conventuales: vel alias quomodocumque recedentes ab obedientia observantie. Et quia huiusmodi processus multum valet in hac materia: ideo oportet illum videre ad longum. B. fo. 72. Et ff. 155. conce. 374.

**Idem Iulius** promulgavit sententiam excommunicationis contra fratres ordinis predicatorum discedentes ab ordine suo sine licentia suorum prelatorum: non obstante quocumque privilegio apostolico. In qua excommunicatione similiter incurrunt: detinentes huiusmodi fratres secum in suis monasteriis vel ecclesiis: nisi eos eiecerint postquam eis denunciatum fuerit. B. ff. 237. conce. 554.

26  
Pro fribus  
dicatorum  
Excôcacio.

**Idem Iulius** precepit generali fratri Augustinensi in virtute sancte obedientie: ut fratres sui ordinis: cuiuscumque conditionis fuerint: qui ab obedientia erant aut habitu reliquerint: quacumque auctoritate id fecerint: nisi ad arctiorem regulam ubi actu observanter vivant transferant: vigore quarumcumque litterarum apostolicarum: etiam si protector ordinis illas viderit: et etiam si concedendas assenserit: eos ad ordinem et ad ordinis loca revocet: et bullas auferat: et habitum sacrilege relictum resumere cogat: inuocato si opus fuerit auxilio brachii secularis. Decrevit insuper motu proprio et ex certa scientia: ut fratres qui ab ordine recesserint: aut habitum reliquerint tunc vel imposterum: nisi post mandatum dicti generalis: infra dies octo mandato primo: ad obedientiam redierint: habitumque perpetuo gestandum resumpserint: excommunicationis late sententie penam incurrant: a qua absolvi nisi aut per summum pontificem: aut morte interveniente non possint. Voluit etiam et decrevit: eandem penam subire omnes qui illis auxilium: consilium aut sanctorum presterint. Ne decrevit irritum et inane quidquid super his a quocumque quavis causa sine scienter vel ignoranter contigerit attentari. B. ff. 267. conce. 695. Et ff. 76. conce. 226.

27  
Pro fribus  
Augustinensium.

Excôcacio.

**Idem Iulius** confirmavit decretum Aldartini. 5. ut nemo de ordine predicatorum: ad aliquem aliorum ordinum (occasione arctioris regule) transire possit.

28  
Pro fribus  
Augustinensibus.



## Apostare ab ordine.

**Ordines sacri**  
**Profectio.** Volentes ut quisque in dicta religione siue proleus siue ad sacros ordines p-  
motus fuerit (qua promotionem promotionis loco et esse et haberi statu) habi-  
tum dicti ordinis relinquere aut mutare nulla auctoritate possit: nisi initione:  
literarum a generali ordinis obtulerit. **W. ffo. 266. conce. 694.**

**29**  
**Excoicatio.** **C. 3. d. 11.** Julius diuine precepte vniuersis fratribus ordinis minorum sub  
excoicationis late sententie pena ne aliquem fratrem ordinis minorum de  
obseruantia aliquo modo vel camian recipere vel retinere presumat: siue expressa  
et speciali licentia sedis apostolica volente transire ad illos ipse aliter obtenta.  
non obstantibus quibuscumque in laudem dictorum fratrum in futurum con-  
cessis. **W. ffo. 12. conce. 48.**

**30**  
**Leo.** **10.** dedit fratribus minoribus super huiusmodi materia: duas magnas pro-  
missiones in duobus breuius que prius diuine reponibus concesserat.  
Ne postea infirmul de nouo ecessit cu aliquibus additionibus. In quibus breuius  
**Excoicatio.** pander plenissime contra fratres apostatantes aut ab obedientia ordinis qualiter-  
cumque precedentes ab ipsa licentia prelatum inieredo tere o. a que oēs in antecesso-  
res circa hoc disposuerunt. Ita q in hac materia non reperitur tam grandis pul-  
sio facta. **W. ffo. 50. conce. 146. vix ad concessionem.**

**31**  
**Correctio.** **C. 3. d. 11.** Leo coeessit ut prelati ordinis in obseruantie: et alij fratres quibus  
ipsi comiserunt capere possint p se vel manu aliquorum secularium quocumque fratres  
extra obedientia obseruantie vagantes: siue possent habitum siue non: et eos detinere  
quousq o tendant le esse alterius obedientie. **W. ffo. 62. conce. 202.**

**Collector.**  
**Resolutio.** **C. Epilog.** preceptum est: q apostatas fratres. i. ab ordine a ois licentia discedentes: et si  
in curia romana existentes: possint prelati oratis excoicare. At etia oēs alij fratres capere  
ligare. et in carcerem inuocato ad hoc (si opus fuerit) a iudicio brachij secularis.  
Et qui detinet huiusmodi fratres: etia preceptum alicuius priuilegij applici nisi eos eieci-  
runt: sunt ipso facto excoicati: siue aliqua premia monitione.

## Baptizare.

**Pro terris**  
**Infidelium.** **Gregorius.** **2.** coeessit fratribus minoribus in terris sar-  
acenorum et paganorum proficiscentibus: pro se-  
lo fidei christiane: ut possint illarum partium hoies per ministerium  
exhortationis sue ad vnitatem fidei christiane conuertere cupientes:  
recipere et baptizare. **b. fo. 20. et ffo. 22. conce. 4.**



**3**  
**Collector.** **C. 3. d. 11.** Gregorius coeessit iterum hoc idē latius: cu multis alijs attinentibus  
a l conuersionem infidelium. **b. ffo. 257. conce. 641.**

**Capitulum**  
**generale.** **C. 1.** Aduerte q prefate coeessiones vñ expirasse: et fuisse temporales.  
**C. 1.** Notandū est etia q in capitulo generali Aldeuini facta est sequēs declaratio.  
**C. 1.** Item fuit declaratum q frater sacerdos in extrema necessitate possit paruo  
dare sacramentū baptismatis: dummodo non ad sit alius sacerdos: etia in pre-  
sentia virorum secularium laicorum. Et quod in regula pibetur ne fratres fiant cōpa-  
tres et intelligendū est quo ad eleuationem de fonte baptismatis: non quo ad  
baptizationem predictam. Quia ut dictū est in casu necessitatis: ab eue sacerdo  
te seculari vel alterius pfectionis: bene possunt fratres nostri sacerdotes baptiza-  
re. **fo. 228. tracta. 7. et ffo. 247. tracta. 2.**

## Benedic. re ecclesiastica.

# Benedicere ecclesiastica. Fo. xliij.

Distinctio materie infra scripte.

**Q**uo ad benedictione reru ecclesiasticaru continentur multa et varia in priuilegiis. Collectio  
legis fratru. Et istoru aliqua pertinent solum ad epos. Nec autē continetur infra. §. 2. cū remissione ibi addita: et in. §. 3. et. 5. et. 6. et. 7. et. 16.

Alia spectant ad prelatos fratru. Ista vero habentur infra. §. 7. et. 8. et. 11. ac. 12. et. 13. et. 14. Reliqua concernunt omnes fratres sacerdotes. Et ista reperiuntur infra. §. 1. et. 4. et. 14. prope medium.



**Regorius.** 9. concessit q fratres mino. presbiteri in terris in fidelium existentes: possint vestes sacerdota infidelium, Pro terris infidelium  
les: altaris pallia et corporalia (cūz necesse eis fuerit) benedicere: ubi catholicorum episcoporum copia non habetur. B. fo. 257. conce. 641.

**Honorius.** 4. fecit quādam cēcessionē q aliquāliter pertinet ad hāc materiam: q concessio posita est supra in dictiōe Altare. §. 1. Et de illam q sequens cēcessio que hic ponitur facit mentionem de ipsa.

**Ioannes.** 22. cōcessit fratribus Carmelitis idē quod supra nobis fuerat concessum et aliquantulū latius: dices q si leuorum ordinarij a fratribus humiliter requisiti: noluerint seu recusauerint indebite cimiteria eorum benedicere seu etiam consecrare: possint huiusmodi cimiteria per aliquos antistites: gratia et communionē sedis apostolice habentem: quoties opus fuerit facere benedici: ac etiā consecrare. B. fo. 89. Et fo. 172. conce. 402.

**Sixtus.** 4. concessit fratribus mino. obser. sacerdotibus ut possint benedicere paramenta altararis et missalia: ac indumenta: exceptis corporalibus dūtarat. o. fo. 63. Et fo. 67. cccc. 107. Et ffo. 26. conce. 322.

**Idem Sixtus** concessit fratribus Carmelitis: ut pro consecrationibus altarium vel ecclesiarum: et pro oleo sancto: ac quolibet ecclesiastico sacramento: nullus sub obtentu cuiuslibet consuetudinis vel alio modo: quicquā audeat extorquere: sed hec omnia eis gratis episcopi diocesani (ut tenentur) libere et gratis impendant. Alioquin liceat predictis fratribus quoscunq; maluerint catholicos adire antistites: gratiam et communionem apostolice sedis habentes: qui apostolica freti auctoritate eisdem fratribus que postulauerint impendant. Et q si sedes diocesanorum episcoporum forte vacauerit: interim omnia ecclesiastica sacramenta: a vicinis episcopis libere et absq; contradictione suscipere possint. Ita tamen q ex hoc in posterum proprijs episcopis nullum preiudicium generetur. B. fo. 100. Et fo. 183. conce. 454.

**Idem Sixtus** cōcessit prefatis fratribus: ut quādo pproximē epos copia non habuerint et aliqui epi habentes gratiam et communionem sedis apostolice: de quibus plenā noticiam habeant: per eos trāsire contingerit eis benedictio nalia: nem vasorum et vellumet consecrationem altarium: auctoritate sedis apostolice recipere valeant. B. fo. 100. Et fo. 183. conce. 455.

**Innocentius.** 8. concessit q generalis et p uinciales fratres mino. obser. possint benedicere corporalia. o. fo. 65. Et fo. 69. concessione. 157.

**Idem Innocentius** cōcessit fratribus Augustinētibz quārdā cōgregatiōem obser. q vicarius generalis illarū et visitatores: possint benedicere omnia ecclesiastica: et etiam corporalia. B. ffo. 101. conce. 399.

Pro augustinensibus



# Benedicere ecclesiastica.

Collector.

**C**Aduerte q<sup>d</sup> Julius. 2. cōmunicauit toti ordini timiles cōcessionēs factas particularibus congregationibus eorum. b. ffo. 265. put late habetur infra in dictio ne Lōmunicatio p̄uilegiorum. §. 2).

Ex prinle.  
Augustine

**Eugenius.** 4. cōcessit fratribus Augustinētibz: vt p cōsecrationibus ecclesiarum seu altariū: ac p oleo sancto: et quolibet ecclesiastico sacramento: nullis ab eis: sub obtentu cōsuetudinis vel alio modo: quicq<sup>d</sup> audeat extorquere: sed hec omnia gratis eis epi diocesani impēdant. Alioquin liceat predictis fratribus quoscunq<sup>m</sup> maluerint adire antistites: gratiā cōmunio nem apostolice sedis habentes: qui freu auctoritate pape dictis fratribus prefata impendant. B. ffo. 247. conce. 605.

10

**C**IDEAD Eugenius concessit fratribus Augustinētibz. vt quando p̄piorū epōz copiam nō habuerint: si quos epōs romane sedis gratiā et cōmunione habentes: de quibus plenā habeant noticiam: per loca dictorum fratrum transire cōtingerit: ab eis benedictionem vasoz et vestiu: et cōsecrationes altarium: auctoritate aplice sedis p̄cipere valeant. B. ffo. 247. conce. 607.

11  
Pro oib<sup>9</sup>z  
namē eccle.

**Julius.** 2. concessit ordini minimozū vt generalis illius: necnon et p̄uinciales et eorum vicarij: possint et valeant benedicere corporalia et alia ornamenta ecclesiastica suozum locozum et domozum: p̄ter calices et patenas. B. ffo. 8. conce. 26.

12  
Pro ecclesijs  
et cimiterijs.

**C**IDEAD Julius cōcessit prefatis fratribus minimis q<sup>d</sup> generalis et visitatores: quos ip̄i vigiles appellant: ac p̄uinciales et eorum vices gerentes: possint omnes et singulas eiusdem ordinis ecclesias: cimiteria: capitula et oratoria: solenni benedictione benedicere. B. ffo. 8. conce. 29.

13  
Reconciliatio  
ecclesiarum

**C**IDEAD Julius concessit prefatis p̄delatis ordinis minimozum: vt possint reconciliare suas ecclesias: sanguinis huius seminis effusione: huius alias quomodocūq<sup>m</sup> pollutas: quoties opus fuerit: aqua tñ prius per aliquem catholicum antistitem (vt mox est) benedicta. B. ffo. 8. conce. 30.

Collector.

14  
Nota.  
Pro ecclesijs  
et cimiterijs  
et oib<sup>9</sup>z orna  
mentis eccle.

**Leo.** 10. concessit generalibus et p̄uincialibus: ac custodibus: necnon et guardianis fratrum mino. obser. pro tempore existentibus: vt omnia et singula eiusdem ordinis et obseruantie ecclesias: cimiteria: capitula et oratoria vbicūq<sup>m</sup> existentia: tam recepta q<sup>d</sup> recipienda: ac paramenta et ornamenta et alia quecūq<sup>m</sup> ad diuinum cultum et vsu fratrum necessaria in quibus chasina non interuenit: pro eozūdem fratrum vsu tantum: solenni benedictione valeant benedicere. Et voluit q<sup>d</sup> hoc idem possint alij fratres eiusdem ordinis qui ad hoc in capitulis generalibus deputati fuerint. Ac q<sup>d</sup> similiter possint reconciliare ecclesias. et que quomodolibet sanguinis vel seminis effusione pollute fuerint. S3 hoc cū aqua per predictos p̄delatos benedicta: p̄sertim in locis remotis: vbi episcopus aquam benedicentem per duas dictas adire non poterint. B. ffo. 16. cōce. 35.

Reconciliatio  
ecclesiarum.

15  
Episcopi.  
Consecrare.

**C**IDEAD Leo concessit fratribus mi. vt quilibet catholicus episcopus possit consecrare ecclesias: eozū et altaria: cimiteria: calices et ornamenta: et oēs alios act<sup>9</sup> epales exercere: locis et p̄sonis fratrum p̄dictozū obseruantie: diocesani loci vel cuiusvis alterius licētia minime requisita. O. ffo. 60. conce. 179.

16  
Episcopi

**C**IDEAD Leo postea in concilio Lateranensi statuit: q<sup>d</sup> fratres nequeat ab alie no epō cōsecrationem ecclesie: vel altaris: aut cimiterij benedictiones petere: seu



## Benedicere.

## Bona.

## So. xxv.

in ecclesijs per eos pro tempore edificandis: primum lapidem per alienum episcopum ponere facere possunt: nisi ubi ordinarius his aut ter (cum debitis reuerentia et instantia) requisitus: sine legitima causa id recusauerit. **B. s. ff. de concess. 79.**

Episcopi.  
Dedicare.  
Edificare.  
Collector.

**C** Sciendum est: quod in foro conscientie possunt fratres (non obstantibus hominibus prohibitionibus et restrictionibus concilij Lateranensis.) uti concessionibus supradictis: quod idem Leo postea concessit oraculo viue vocis: quod fratres minime obseruari possint libere uti omnibus eis concessis ante prefatum concilium: ut ponitur infra in dictione Concilium. **s. 6. et 7.**

**C** Ultra supradicta est sciendum: quod circa huiusmodi materiam benedictionis rerum ecclesiasticarum: reperitur quoddam statutum generale factum in capitulo Aldeclinenti: sub forma sequenti.

Collector.

**C** Generale capitulum determinauit et precepit: quod soli prouinciales habeant benedicere corporalia. Et iidem prouinciales: custodes: et guardiani alia ornamenta: et non alij: et solum pro fratribus: monialibus et terciarijs: et nullo modo pro alijs extra ordinem. Sic enim fuit concessum per summum pontificem. **fo. 227. tractatu. 3. Et s. ff. de 246. tractatu. 2.**

Capitulum  
generale.

**C** Circa suprascriptum statutum generale oportet aduertere: quod hominibus statuto non obstantibus videtur quod poterunt guardiam benedicere corporalia: virtute concessionis noue Leonis decimit: quod posita est supra. **s. 14.** Aliquibus tamen videtur oppositum. scilicet quod non possunt sine commissione in capitulis facta. Et hoc propter aliqua verba posita in conclusionem supradicti breuis. Et istud est tutius.

Collector.

De exēptioe Innocentij. 4. non teneantur etiam ratione delicti : contractus : seu rei de qua agi  
ab oi iurisdic- tur locorū ordinarijs subiacere. Decernens irritum ⁊ inane quicquid secus attē  
tione prela- tentari contigerit. B. fo. 59. Et ffo. 142. conce. 342.

**9** **CLEMENS** Clemens prohibuit ne fratres minores ab aliquo legato ( nisi de la-  
tere sedis apostolice misso ) vel delegato : aut subdelegato : auctoritate litterarum  
apostolicarum excommunicari : suspendi : aut interdicti possint nisi littere ipse ple-  
nam ⁊ expressam de predicto ordine ⁊ indulto huiusmodi facerent mentionem.  
B. ffo. 3. concessione. 1.

**10** **Nicolaus.** 4. concessit exemptionem totale ordini minorum : decernens  
De imedia- ordinem predictum : ⁊ fratres eiusdem immediate sedi apo-  
te subiectioe stolicę subiacere. Ac ecclesias : ⁊ oratoria : domus : loca : libros : ytenfilia : ⁊ alia mo-  
sedi aplice. bilia ⁊ immobilia ( quorum ysam habent fratres prefati ) in ius ⁊ proprietates  
Collector. sedis apostolice suscepit. B. fo. 28. Et ffo. 112. conce. 243.

**11** **Bonifacius.** 8. con firmant litteras predecessorum suorum : super exem-  
Eōfirmatio ptione predicta : ⁊ de nouo exemit fratres mino. prefatos  
exēptionis ⁊ illozū ordinē : ab omnium ⁊ singulorum quorūlibet prelatorum : et psonaz  
prescriptaz. ecclesiasticarum omnimoda potestate ac iurisdictione : decernens prefatos ffrēs  
⁊ ordinem eorum immediate sedi apostolice tantummodo et romano pontifici  
subiacere. b. fo. 32. Et ffo. 32. conce. 34.

**12** **CLEMENS** Bonifacius concessit monialibus sancte Clare : vt ad prestationem  
ffromonia decimarū de quibuscunq; possessionibus : ⁊ omnib⁹ alijs bonis : que iuste habue-  
lib⁹. s. clare. rint : vel ad contribuendū procuracionibus quorūlibet ordinariorū : ⁊ etiam le-  
gatorum : ⁊ nuntiorum sedis apostolice : ac quibuscunq; tallijs ⁊ collectis : aut ad  
erhibendum pedagia : telonea : ⁊ alias exactiones quibuscunq; regibus : principib⁹  
seu alijs personis : minime teneantur nec ad id cōpelli aliqualiter valeant. B. fo.  
38. Et ffo. 122. concessione. 267.

**13** **CLEMENS** Bonifaci⁹ dedit copiosam exemptionē fratrib⁹ Augustinenſibus  
ffero augu- ⁊ eorū ordinē sicut cōcesserat fratrib⁹ ⁊ ordini mi. B. ffo. 247. cēce. 619.

**14** **Benedictus.** 11. exemit ordinē fratrum mi. sicut fecerat Nicolaus. 4. su-  
Ampliatio pra. §. 10. ⁊ addidit : q̄ nec etiam ratio delicti cōmissi : vel  
exēptio su iniū cōtracta : aut rei sit : vel posite : seu existentis extra loca eorūdem fratru ex-  
prescriptaz. pra. possint coras ordinarijs : vel alijs prelatīs ecclesiasticis molestari : seu quomo-  
dolibet conueniri. Non obstante constitutione Innocentij. 4. in cōtrarium facie-  
te. B. fo. 24. Et ffo. 108. concessione. 232.

**15** **Martinus.** 3. approbauit ⁊ con firmant litteras Bonifacij. 9. qui dedit  
ffelenissima amplissimam exemptionem ordini fratrum predicatorum :  
exēptio pro ⁊ ab ea dependentibus : sub sequentibus verbis. Vestigijs nonnullorum prede-  
ffrib⁹ plica- cessorum nostrorū inherentes : ordinem ipsū : ac magistrum generalē : et priores  
torib⁹ ⁊ alijs ⁊ fratres predictos : nec non quascunq; sorores : ac domos : monasteria : ⁊ hōspi-  
subiectis. talia quecunq; que sub cura ⁊ regimine ordinis fratrum predicatorum fuerint p  
tempore constituta : ⁊ eorum rectores ⁊ gubernatores : cum omnibus suis iurib⁹  
et pertinentijs : que in presentiarum obtinent et in futurum ( dātē domino ) iustis  
modis poterunt adipisci : ab omni iurisdictione : dominio : subiectione : et potesta-  
te quorūlibet ordinariorū ⁊ prelatorū : ac personarū ecclesiasticarū : necnō



a solutione cuiuscunque collectæ: pedaggi: aut cuiuscunque alterius generis exactio: de apostolice potestatis plenitudine: et de certa scientia prorsus erimimus et totaliter liberamus: illasque in ius et proprietatem beati Petri et sedis apostolice: et sub eorum speciali et immediata protectione suscipimus: decernentes ordinem: magistrum: priores: fratres et sorores qui nunc sunt et erunt pro tempore: domos: monasteria: loca et hospitalia supradicta: eorumque rectores et gubernatores: cum omnibus iuribus et pertinentiis huiusmodi: soli immediate sedi apostolice subiacere. Ita quod ordinarii et prelati huiusmodi: siue quevis alia persona generaliter: vel specialiter: aut communiter: vel diuinitim: non possint: quauis auctoritate: excommunicationis: suspensionis: et interdicti sententias promulgare: aut alias etiam ratione delicti: seu contractus: vel rei de qua agitur: vbiunque committatur delictum: iniuriæ contractus: aut res ipsa consistat: potestatem: seu iurisdictionem aliquam quomodo libet exercere. Et ibidem etiam concedit omnibus supra nominatis: exemptionem a solutione decimarum: et pedagiorum: et collectarum valde copiosissime: ita quod in omnibus exemptionibus ordinum mendicantium: nulla reperitur copiosior. b. ffo. 262. conce. 681. Et habetur sub autentico. B. ffo. 80. concessione. 240. sub nomine Eugenij. 4.

Exactiones

Lenore ecclesiastice.

Decime.

**Eugenius.** 4. approbauit et confirmauit litteras Bonifacij. 9. et Aldar. 16. 5. in quibus datur copiosissima exemptio ordini fratrum predicatorum: ut supra positum est. §. 15. Idem autem approbatio Eugenij habetur autentica. B. ffo. 8. conce. 240. Pro fratribus predicatoribus.

**EDWARDUS** Eugenius eximit ordinem sancte Clare: abbatissas: conuentus: moniales: monasteria et loca eiusdem ordinis: cum omnibus iuribus et pertinentiis ac bonis mobilibus et immobilibus quibuscunque: ab omni iurisdictione ac domino et potestate quorumcunque legatorum et prelatorum ecclesiasticorum: cum in primis clausulis et non obstantibus. Et similiter eximit a prestatione seu solutione decimarum: collectarum: talliarum: subsidiorum: angariarum: ac quarumlibet aliarum exactio. b. ffo. 41. conce. 46. Et ffo. 85. cõce. 248. Pro monialibus. s. clare.

Decime.

Exactiones

**Nicolaus.** 5. quia aliqui ecclesiarum prelati et alij: non obseruabant exemptionis litteras concessas fratribus munitis: statuit et mandauit: ut nulla persona cuiuscunque dignitatis: gradus: status: vel conditionis existat de cetero predictos fratres molestare: aut perturbare presumant: sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda: si post monitionem: ab huiusmodi fratribus factam: contrarium presumpserint. Et ibidem concedit generali ministro potestatem corrigendi omnes fratres dicti ordinis: siue in monasterijs monialium: siue in alijs domibus et eremitorijs: seu locis commorantes: etiam ab obedientia: visitatione et correctione dicti ministri per specialia sedis apostolice indulta: se exemptos esse: (preter regule et statutorum dicti ordinis formam) pretendentes. Non obstantibus quibuscunque privilegijs: exemptionibus et indultis apostolicis: in genere vel in specie concessis. b. no. 47. conce. 30. Et ffo. 87. cõce. 230. Exco. 10.

Exco. 10.

Generalis minister.

Correctio.

**Sixtus.** 4. eximit fratres minores a solutione decimarum quarumcunque: etiam papali: ut habetur supra ad longum in dictione Decime. §. 5. Et ibidem Sixtus eximit moniales sancte Clare a solutione decimarum: etiam illarum terrarum et possessionum quas per colonos faciunt cultuari: prout positum est supra in dictione Decime. §. 7. Decime. 10.

Decime.

Decime.

Decime.

**EDWARDUS** Sixtus eximit ecclesias parrochiales apud quas monasteria fra-

21



## Exemptio.

trinit. mi. sunt cōstructa: et capellanos in illis p. parte fratrum cōmūdes positos ad  
 Parrochia, seruendū iurisdictione et superioritate ordinarij. B. fo. 60. Et ffo. 144. conce.  
 ecclesi. e. 35. Et habetur supra latius in dictione Ecclesie fratrum. §. 5.

22

Profratribus  
 p. di. et mino.  
 Excoicatio.

C. J. D. E. S. Sixtus inbibuit locorum ordinarijs: sub interdicti ingressus ecclesie et  
 suspensionis a regimine: et administratione ecclesiarum suarum: ac rectoribus et alijs  
 quibuscumque sub excoicationis late sententijs: et priuationis earundem parochialium  
 ecclesiarum: ac oim aliorum beneficiarum ecclesiasticorum que obtinet: necnon inhabilitationis  
 ad illa et alia imposterum obtinenda: penis (eo ipso per eos qui cōtrafecerint incurre  
 dis) ne ordines fratrum predicatorum: et minorum: et illorum domos: et pfectores: preter:  
 aut contra tenore privilegiorum suorum per litteras apostolicas cōcessorum: eos inquietare:  
 seu molestare presumat. Nec eos: aut testamētorum ultimarumque voluntatum executores  
 et heredes: seu quoscumque alios: directe vel indirecte ad solutionem cuiuscumque quar  
 te parochialis: seu canonice: vel alterius portionis: seu oneris: vel ad faciendū ce  
 lebrari aliquod officium in eorum ecclesijs: vel alibi: apud ipsos fratres decedentium  
 corpora tumultatur: ante vel post eorum sepulturam cogant. Nec cōfessis dictis fratribus  
 eucharistiam seu extreme unctionis sacramenta sine rationabili causa denegare: vel  
 illorum exhibitionem maliciose differre: aut eorum parochianis ne predictis fratribus  
 cōfiteantur phibere: vel pñadere: nec etiā ad pmissa: aut aliquod pmissorum auxilium: cō  
 silium: vel fauorem dare directe: vel indirecte que quod psumat. B. fo. 61. Et fo. 145. cō. 355.

Quarta.

Sacramēta

23  
 Inhibito.

C. J. D. E. S. Sixtus statuit: ne locorum dioecesanum: aut alij ordinarij: seu alij quicunque  
 in personas aut loca fratrum mi. cōtra prohibitionem supra positā Clementis. 4. §. 8.  
 et. 9. sibi quāvis iurisdictiones: aut superioritates vendicare presumant. Nec di  
 stricte inhibuit: ne quispiam absque sedis apostolice speciali cōmissione: aut aucto  
 ritate: in personas: domos: et loca dicti ordinis (ut pote prius exēpta) aliquas  
 cēsuras vel sententias: specialiter vel generaliter promulgare audeat. B. fo. 60. Et  
 ffo. 144. conce. 347.

Censure.

24  
 Profratribus  
 Carmelitis.

Excoicatio.

C. J. D. E. S. Sixtus cōcessit fratribus Carmelitanis copiosam exemptionem: di  
 cens in summa: quod nullus ordinarius: seu legatus quavis auctoritate utens: quā  
 cumque superioritate super predictos ffrs sibi vēdicare psumat. Nec aliquis absque  
 speciali cōmissione sedis apostolice: faciente mentionem de verbo ad verbum de hu  
 iusmodi indulto: valeat promulgare aliquas sententias excoicationis: seu alias  
 cēsuras super eisdem. Et voluit quod pcessus facti contra fratres prefatos: pro infe  
 ctis habeantur: etiā si eorum exēptio (ut pote notoria) non fuerit allegata. B. fo. 99.  
 Et ffo. 181. conce. 449. Et etiā ffo. 181. conce. 466. extendit exemptionem predictorum  
 fratrum ad hoc: ut nullus possit cōpellere eos ad cognoscendū causas: et pleracumque  
 genus: etiā p lras apostolicas non facientes de indulto hoc speciale mentionem.

25  
 Pro Car  
 melitis.

26  
 Profratribus  
 p. di. et mino.  
 p. di. et mino.  
 p. di. et mino.

C. J. D. E. S. Sixtus exemit predictos fratres Carmelitas a quacumque iurisdic  
 tione inquisitorum heretice prauitatis: cum magnis non obstantijs. B. fo. 112. Et  
 ffo. 196. concessione. 489.

27  
 Inquisitores  
 heretici.

C. J. D. E. S. Sixtus dedit copiosam exēptionem fratribus ordinis predicatorum: ad  
 instar exēptionis date fratribus Carmelitis et Aldino. B. ffo. 238. cōce. 560. et 564.  
 et usque ad concessionem. 570.

**Innocentius** 8. cōfirmavit ac de nouo cōcessit litteras Clementis. 4.  
 et Sixti. 4. eximētes fratres mi. a iurisdictione inquisi  
 torum heretice prauitatis: phibendo eosdem inquisitores cōtra ffrs h. moi quo  
 modolibet pcedere: vel inquirere. B. ffo. 52. conce. 60.



**Leo.** 10. confirmavit litteras predictas Innocentij. 8. ac de nouo concessit easdem: inserendo illas de verbo ad verbum: decernens illas debere inuolabiliter observari a quibuscumque inquisitoribus heretice prauitatis: ne se villo modo intromittant de fratribus mino. Sup quo dedit cōseruatores vniuersos ecclesiarum prelatos. B. sffo. 20. conce. 67.

**C. J. D. E. A. D. Leo** approbavit: ac de nouo cōcessit litteras suorum predecessorum: qui eximerant moniales sancte Clare ab omni iurisdictione: et a solutione quarumcunque decimarum: etiam de terris et possessionibus quas per colonos faciunt cultuari. B. sffo. 44. concessione. 139. et 140.

**C. J. D. E. A. D. Leo** postea exemit moniales. s. Clare: et tertiaris a solutione cuiusvis decime: vel tace: etiam p sedē apostolicā impolitici: tñ ita sunt pauperes: q ipsarum redditus nō sufficiunt p cōmoda illarū sustentatione. B. sffo. 48. cōce. 147.

**C. J. D. E. A. D. Leo** exemit fratres minores obier. a iurisdictione cōmissariorū cruciata: et alijs cōsimilibus: precipiens binōi cōmissarijs sub grabibus cēturis: ne assumāt fratres minores prefatos ad predicandū cruciata. B. sffo. 48. cō. 144.

C. I. D. de postum est supra ad longum in dictione Cruciatā. §. 4.

C. De exemptione a quarte funeralis solutione: sunt multe concessiones diuersorum pontificū supra posite in dictione Canonica portio.

C. Circa prefatam materiā est sciendū: q suprascriptarū exemptionū: et nonnullarum aliarū concessionū in fauorē fratrum mendicantiū cōcessarū: fuerunt aliquę derogate per cōcilium Lateranense vltimo celebratū: vt positiū est in dictione Cōcilium. §. 6. Attamen qz vt ibidē. §. 7. dicitur: fuerūt renouata nostra priuilegia: et per consequens sunt annullate binōi modificationes: seu derogationes: ideo nō oportet illas hic inserere: presertim quia quo ad exemptionem pprie sumptuū: fere nihil inuouatum: seu derogatum est per concilium prefatum.

C. Ex priuilegijs monachorum sancti Benedicti.

**Eugenius.** 4. cōcessit monachis sancti Benedicti cōgregatiōis Italicę: vt etiam applicaret quauis auctoritate firmata: seu quasvis cōgregationes: quouis nōie cōueniantur: ecclesiasticarū vel laicarū psonarū: cuiuscumque dignitatis aut status existat: plati seu monachi: pfati ad ea ire seu mittere: nisi ad ipsius cōgregationis caplm gñale celebradum: aut alias iuxta eorū ordinatiōes nullatenus cōpelli possint: tñ p lras apostolicas nō faciētes speciale mentionē de binōi indulto pfate cōgregationis concessio. C. Nec cōgregatiōis psonę binōi: q i eorū locis missa aut alia diuina officia celebrētur: ordines cōferantur: vel agūtur cause ciuiles: seu criminales. pcessiōes cōuocētur: aut synod? cōuocē? seu quis cōgregatiōes: tā ecclesiasticarū q laicarū psonarū cōgregētur: siue q binōi cōgregatiōis loca ad vsuū. hospitij habitationē. detentiōē et incarcerationē ecclesiasticarū vel laicarū psonarū deputētur astringi seu cogi aliquēter valeāt. Cōtra q oīa vel aliqd pdicto rā quis psona cuiuscumque conditionis: aut stat? existat atēptare pñmēs: nisi facta eiusde binōi indulto notitia destiterit: ipso facto sententiā excoicationis incurrat.

**C. J. D. E. A. D. Eugenius:** ne prelatos et monachos sancti Benedicti causarū strepitus inquietet: et ab ocio dedicat: concessit ne quis platos: monachos: et psonas predictas subire de calūmia et veritate dicēda iuramentū: aut ad sciendū testimonium: quacūqz ex causa cōpellat inuictos: siue extra ciuitates et dioceses suas tra-



## Familiares seu famuli fratrum.

**Excōicatio.** bat: seu in eos vel eorū aliquē ppter ea excōicatiois sententiā vel alterius censu-  
re: seu pene sententiā pferat per litteras aplice sedis vel legatorū eius: nisi in eis  
dem litteris de hmoi indulgentia plena et expressa: ac de verbo ad verbum facta  
fuerit mentio specialis. **B.**

**33** **C**ONSTANTINUS Eugenius statuit: q nulli hominū liceat quasquē mulieres laicales  
seu religiosas: cuiuscunq etatis, status, gradus, auctoritatis vel conditionis exi-  
stant quavis occasione ducere: siue ipis mulieribus ingredi: seu cōmorari intra-  
septā monasteriorū cōgregationis monachorū sancti Benedicti. Quod si aliter  
sciēter attēptatū fuerit: tā ipse mulieres q̄ ductores: sed et ipsi receptatores: si volū-  
**Excōicatio.** tate hoc fecerint: ipso facto huiusmodi excōicationis incurrā. A qua dicte cōgregatio-  
nis personae absolui possint per p̄sidentē et visitatores cōgregationis hmoi. **B.**

## Familiares seu famuli fratrum.

**1** **A**lexander. 4. fecit quandā cōcessionē famulis: seu familia-  
ribus et pcuratorib⁹ ac operariis fratrum p te-  
**Interdictus.** pore interdicti: q̄ ponitur ad lōgū in dictiōe Interdicti. 3. in. §. 1.  
**2** **A**lexander. 4. cōcessit fratribus ordinis Carmelitaz  
**Ex priuileg. carmelitarū.** facultatem ministrandi ecclēsiastica sacra-  
menta familiaribus suis: ac tradendi eos sepulture ecclēsiastice cū  
decesserint. **B.** fo. 85. Et ffo. 168. conce. 391.

**3** **C**LEMENS. 4. concessit fratribus mi. ut his qui in eorum morantur obse-  
quiis: cuncta libere ministrare possint ecclēsiastica sacramen-  
**Sacramēta Sepultura.** ta: et ipsos cū decesserint in suis cimiteriis sepelire. **B.** fo. 56. Et ffo. 140. cōce. 315.  
**4** **C**ONSTANTINUS Clemens statuit: q si qñ in terras in quibus retident fratres mi, vel  
**Interdictus** eorū personas excōicationis: seu interdicti sententias contigerit promulgari: pue-  
ri seruitus fratrum deputati: negotiorū quoq̄ gestores et operarii q in locis fratrum  
eorū operibus personaliter continuo extiterint: hmoi sententiis obnoxii minime  
habeantur. Ibiq̄ possint audire diuina: iuncta formā q̄ ipis locis. Ieo casu a sede  
apostolica est cōcessa: nisi iidem causam dederint: vel excōicari specialiter seu in  
terdicti contigerit eosdem. **B.** ffo. 140. conce. 316.

**5** **G**REGORIUS. 11. fecit cōtūmule cōcessionē familiaribus fratrum ordinis pre-  
**Ex priuileg. sūm precl.** dicatorum: per eadē verba sicut Clemens. 4. fecerat fami-  
liaribus fratrum mi. ut supra positiū est. §. 3. et. 4. **B.** ffo. 236. conce. 546.

**6** **S**IRTUS. 4. cōcessit: q illi qui sunt in seruitio fratrum mi. et sororū sancte Cla-  
**Indulgentia.** re: habeant indulgentiam plenariā in morte: ac semel in vita de re-  
seruatis. o. fo. 62. Et ffo. 66. concessione. 96.

**7** **I**ULIUS. 2. cōcessit fratrib⁹ ordinis minimorū: q famuli domorū sui ordinis: nec  
**Ex priuileg. sūm minimo.** non ceteri eiusdē ordinis habitiū portantes: et in articulo mortis in dictis domib⁹  
**Sepultura.** sepulturam eligētes: oib⁹ et singulis priuilegiis ordinis minimorū hmoi quo  
modolibet concessis: gaudere: libere et licite valeant. **B.** ffo. 8. conce. 22.

**8** **L**EO. 11. in concilio Lateranensi statuit: q fratres famulis eorum obsequio  
**Prohibitio** insistentibus: sacramenta ecclēsiastica nullatenus ministrare valeant:  
nisi illorum durante obsequio. **B.** ffo. 16. concessione. 74.

**9** **C**ONSTANTINUS Leo ubi supra statuit: q procuratores: et negotiorū gestores: ac ope-  
**Excōicatio.** rarij fratrum seruitus insistentes: sententiis excōicationis promulgatis illacati  
sint et esse censeantur: si illis causam dederint: aut dantibus consilium: auxilium.



## Familiares fratru. Serie. Festiuitas. Fo. lxx.

vel fauorem prestiterint. B. ffo. 26. concessione. 85.

Adverte: qd nonnulla alia concessa sunt in fauorem familiarium fratrum p tēpore Collector. interdicti. Et hec ponuntur in dictione Interdictum. 3.

Et privilegijs fratru sancti Benedicti.

**Martinus.** 3. concessit monachis sancti Benedicti obseruā. Hispanie: vt confessiones quorūcūq; familiarium suorum: tam laicorum q; regularium & secularium intra et extra septa suorum monasteriorum comorantium audire: et p eorum commissis debita eis absolutionem impendere. Necnō dictis familiaribus: tam intra q; extra septa prefata comorantibus ecclesiastica sacramēta: quoties fuerit opportunum ministrare valeant. b.

Et privilegijs fratru sancti Joannis hierosolimitani.

**Alexander.** 4. confirmauit litteras Honorij: & Innocentij predecessorum suorum: quibus auctoritate aplice interdixerunt: vt nemini liceat sine speciali mandato Romani pontificis: fratres hospitalis sancti Joannis hierosolimitani. vel seruientes eis clericos siue laicos: donec in seruicio domi fuerint: excoicationi vel interdicto subijcere. Et si qua sententia in prefatos aliter lata fuerit: eā irritam esse & inane censuit. B.

## Serie.



**Iustus.** 4. cōcessit: qd qñ quis solus dicit matutinū in quadragesima: nō teneatur dicere letanias duplices: put in choro dicuntur quando fit de feria. o. fo. 64. Et ffo. 68. concessione. 132. Et ffo. 96. concessione. 328.

**Iulius.** 2. statuit: vt quoties in aduentu & quadragesima occurrunt responsoria aliqua: vel laudes proprie: fiat de

feria: nisi tunc festū duplex vel solemne occurreret.

Et hoc nō habetur in libris privilegiorum ordinis: sed fuit impressum in Kalendario ordinato in capitulo generali celebrato apud Rothomagum tempore prefati pape.

**Leo.** 10. concessit: qd fratres p̄dicatores & confessores ordinis mī. de obseruantia qñ actu predicat & cōfessiones audiunt: vt puta in aduentu & quadragesima: possint officij feriale anticipare: & festa illis diebus reservare: quibus amplius laborare necesse est. Ita tamen: qd non fiat in fraudes diuini officij: sed vt liberius valeant studio vacare: et spiritali consolationi fidelium populorum incumbere. o. ffo. 91. concessione. 265.

Et Leo declarauit seu concessit: qd fratres mī. dicendo officij extra chorum ppter occupationes occurrentes: non teneatur duplicare letanias: que ex ordinario in quadragesima solent post matutinum dici. o. ffo. 91. cōfessione. 266. Et ffo. 96. concessione. 328.

## Festiuitas.



**Gregorius.** 9. precepit vniuersis ecclesiarū prelatibus: vt exerceant deuotionē in deliū ad venerationē sancti francisci acq; solennitatē eius. 4. nonas Octobris: annis singulis solenniter celebret: & celebrādā denūcient. b. fo. 19. Et ffo. 22. conce. 2.

Et Gregorius similiter precepit ecclesiarū prelatibus: qua-

lo  
Confessio

Sacramēta

Excōicatio  
Interdictū

Collector

De festo Francisco



# Festiuiritas.

De sero An-  
tonio.

tenus deuotione fidelium ac venerationem sancti Antonij de Padua excitant: festiuitatem ipsius idibus Junij annis singulis celebrent: et faciant solemniter celebrari. B. fo. 117. Et ff. 200. conce. 491.

De cium di-  
minum.  
Octaua.

**Martinus.** 3. statuit: qd et oibus festis triu lectionu festa non lectionum fiant. Et qd virumq; festum. 8. Lucas: sub duplici officio celebratur. Ac qd rubrica de festis occurrētib' infra octa. nō intelligatur de precedētib': seu residuis: sed solū de crētib': seu occurrētib' infra octa. b. fo. 36. conce. 41.

Deo secula-  
ribus labo-  
ratoribus.

**Eugenius.** 4. dicit: qd seculares laborantes in festis sancte Crucis: et sancti Michaelis septembris: ac sanctorum Innocentium: et sancti Siluestri: se nolle qd peccent mortaliter: nisi venerint in dominica. o. fo. 61. Et ff. 64. conce. 83. Et ff. 101. conce. 396.

De cōceptio-  
ne virginis.

**Gregorius.** Eugenius dispensauit cum barbitonsoribus: vbi est consuetudo in sabbatis et vigilijs de sero radere barbas. o. fo. 101. conce. 400.  
**Sacrolancra.** synod' gñalis Basiliēsis renouauit institutionē de celebrāda festiuitate sancte cōceptionis virginis Marie: quā tam p romanāq; p alias ecclesijs: sexto idus decēbris statuit et ordinauit in omnib' ecclesijs: et monasterijs: et conuentib' xpiane religionis: sub noīne cōceptionis: festiuis laudibus colendam esse. b. fo. 42. Et ff. 40. conce. 45.

De s. bona.

**Sixtus.** 4. cōcessit: qd fiat festū sancti Bonauenture dnica feda Julij: nisi fuerit primo ponenda. o. fo. 64. Et ff. 68. conce. 134.

De sancto  
Francisco.  
Indulgētia.

**Gregorius.** Sixtus cōcessit vniuersis et singulis xpi fidelib' vere penitētib' et cōfessis: glorio cōfessionis icti frāctici festiuitate (quā ppetuis futuris tēpibus celebrē esse: et vt festū duplex a cūctis xpianis celebrari ab oīq; ope seruli abstinere: et sub obseruatiā pcepto cōprehēdi voluit) celebrātib' annuatim decē annos et totidē quadragenas de iūctis eis penitētijs relaxant. B. fo. 46. Et ff. 130. cō. 291.

Collecto.

**Sciendū** est circa pdicta: qd in libro intitolato firmamēta triu ordinū bti francisci in gallijs impressū cōtinetur hec eadē bulla: seu breue. Atq; vbi hic dicit decē annos et cōfessionis icti. Quinquaginta annos et cōfessionis icti. Et similiter reperi scriptū in quadā tabula antiq; privilegio ordinis. Quid autē istoz sit veri: nō potui determinare scire.

De quinq;  
martyribus.

**Gregorius.** Sixtus cōcessit: qd fratres mī. possint vbiq; solēnter et publice festis quinque martyri sui ordinis (qui apud marroebū passi sunt. s. Bernardi: ppetri: Adintri: Accursij: et Otonis i officio duplici maiori die. 16. Januarij) celebrare: qua die ab hoc seculo per martyrium recesserunt. B. fo. 131. concessione. 294.

De festis oib'  
ordinis mī.

**Gregorius.** Sixtus cōcessit: qd possimus dicere Lēdo in festiuitatib': seu solēnitatibus sanctorum nostri ordinis: et sancte Clare. o. fo. 63. Et ff. 67. conce. 118.

De s. lodo.

**Gregorius.** Sixtus concessit: qd fratres mī. possint dicere officiū propriū sancti Ludouici episcopi et confessoris sui ordinis. o. fo. 63. Et ff. 67. conce. 119.

De officijs p  
prie quarū  
dāfesti nati

**Alexander.** 6. cōcessit oibus et singulis fratrib' minorib' de obser. vt in festo pīentationis virginis Marie: ac sancti Gabrielis archāgel: et sancte Catherine virginis et mar. yris ppria officia dictarū festiuita tū libere et licite recitare: ac dicere possint et valeāt. Quodq; festum pēdicte virgini et martyris Catherine sub minor duplici celebrare possint. Et qd p introitu missę eiusdem dicatur officiū. Gaudeamus oēs et c. o. fo. 66. Et ff. 70. cōcē. 165.  
**Gregorius.** Alexander concessit: qd fiat festum sancti Gabrielis in vigilia sancti Ioseph. o. fo. 66. Et ff. 70. conce. 66.

De

**Gregorius.** Alexander concessit fratribus mī. de obser. vt i solēnitatib' sanctorū



## Festinitas. Frācisus p̄r n̄r seraphic⁹. Fo. lxx.

proprias eorū historias (et si in breuiario non sint) dicere et recitare valeant. Et q̄ De historijs  
festum omnium sanctorum dicti ordinis: sub vna celebritate possint dicti fratres p̄p̄ijs sc̄orū  
dicere: ac recitare. o. s̄fo. 261. concess. 679.

**Iulius.** 2. cōcessit: q̄ oīa que sunt cōcessa in festinitatib⁹ sāciorū ordinis  
predicatorū: oīa illa in festinitatibus sanctorum ordinis mī. (q̄  
n̄s sint in maiorū numeros: q̄ festa predicatorū) cōcessa sint et esse intelligantur. 15  
Lōcatio p̄l  
uilegiōrum.

**EDWARD** Iulius cōcessit fratrib⁹ mī. vt possint celebrare festa in quorū honore  
ecclesie locorū suorū sunt dedicate: sub ritu maioris duplicis: etiā si sc̄dm ordinariū  
essent de se simplicia. o. s̄fo. 93. concess. 284. 16

**Leo** 10. cōcessit fratrib⁹ mī. et monialib⁹. s. Clare: vt in ecclesijs monasterio  
rū suorū dūtaret: possint libere et licite celebrare: publice: ac solemniter  
officiū de beatis martirib⁹ Daniele: Agnello: Samuele: Romulo: Leone: Neco:  
laio: et Angolino fratrib⁹ dicti ordinis mī. (qui p̄ xp̄i noīe mortē subire libenter: et  
martirij palmā in sarracenoꝝ partib⁹ cōsequi meruerūt) in officio duplici maio  
ri: in die determināda a ḡsiali cap̄to. Ac etiā in letanijs et alijs diuinis officijs:  
put de alijs sanctis p̄ sedē applicā canonizatis memoriā facere. Et q̄ similiter p̄  
priam legendā eorū in choro cātare possint. B. s̄fo. 19. cōce. 60. 17  
De septēfrī  
b⁹ minorib⁹  
mai⁹ prius.

**EDWARD** Leo cōcessit monialib⁹. s. Clare sub cura et regimine s̄m obser. cri  
stianitatis: q̄ festa beate Agnetis: et vnde cū millia virginum: perpetuis futuris  
temporibus: sub ritu duplicis maioris celebrare libere et licite possint et valeāt.  
B. s̄fo. 42. concessione. 134. 18  
Deo monta  
lib⁹. s. clare.

**EDWARD** Leo cōcessit: q̄ fratres mī. obseruātie possint celebrare festa sc̄orū i q̄  
rum honore ecclesie locorū suorū sunt dedicate: sub ritu duplicis maioris: etiā  
si sc̄dm ordinariū essent de se simplicia. o. s̄fo. 93. concess. 284. 19  
Deo sanctis  
voca. lo. fra.

**EDWARD** Leo cōcessit: q̄ fr̄es mī. in vltimōtanis partib⁹. s. Galliarū et His  
paniarū et c. ac moniales et sorores eorū cura cōmisse: possint celebrare festa An  
geli castodis: et angeli Raphaelis in diebus in quib⁹ p̄ sua capitula quincialia:  
respectiue ordinatum facit. O. s̄fo. 62. concessione. 192. 20  
De agelo cu  
stodit: et Re  
phale.

Ce p̄uilegijs monachorum sancti Benedicti.

**Eugenius.** 4. cōcessit monachis sc̄i Benedicti cōgregatiōis Hispanie:  
q̄ in suis monasterijs nō teneātur suare siue colere alias fe  
stinitates: nisi illas p̄cipue q̄ p̄ vniuersam ecclesiam obnātur. Alias licite vacare  
laborib⁹ et cōstetis exercitijs vel occurrētib⁹ possint: nisi cōter ab oib⁹ s̄m cōsue  
tudinē locorū vbi monasteria sita fuerint: vel superiorū mādato obseruetur: q̄bus  
tine scādalo in binōi laborib⁹ faciēdis cōtraueniri non possit. o. 21

## Franciscus pater noster seraphicus.



**Gregorius.** 9. ascripsit beatū frācisū cathologo sc̄orū ma  
tima cū solēnitare: ac p̄cepit oib⁹ ecclesiarū pla  
tis: vt quarto nonas Octobris celebrēt et celebrāda denunciet po  
pulis eiusdē sancti festinitatē. b. fo. 19. Et s̄fo. 22. concess. 2. 22  
Festinitas.

**EDWARD** Gregori⁹ dedit multas bullas: seu breuia in fauorem  
stigmatū beatissimi p̄fis n̄ri frācisī: q̄ reperietur infra in dictiōe Stigmatū. 23

**Eugenius.** 4. cōcessit: q̄ in festinitatibus sancti frācisī possint fr̄es di  
cere p̄p̄iā p̄lationē: et Credo. o. s̄fo. 101. cōce. 408. 24  
Stigmatū.



## Franciscus. Generalis ordinis.

- 4.** **Indulgentia.** **Sixtus.** 4. cōcessit indulgētiās celebratib⁹ festū beati fr̃cis: ac voluit: q̃ sub ritu duplici celebretur ab oib⁹. Et mādant hincī festū sub p̃cepti vinculo observari: vt supra in dictiōe festivitatis. §. 8. latius positum est.
- 5.** **Credo.** **IDEAD** Sixtus cōcessit: vt possit dici Credo in octava festivitatis sancti fr̃cis: o. fo. 64. Et ff. 68. concessione. 133.
- 6.** **Collector.** **Uide** supra in dictione Credo: declarationem huius concessionis.
- 7.** **Prefatio.** **IDEAD** Sixtus cōcessit: q̃ in die sancti fr̃cis: et iugitum eiusdem pos sint fratres minores dicere pp̃uā prefationem in missa. o. fo. 63. Et ff. 67. conce. uo. Et ff. 100. concessione. 186.
- 8.** **Prefatio.** **IDEAD** Sixtus concessit: q̃ in omnibus missis votius sancti fr̃cis: dicatur propria prefatio. o. ff. 102. conce. 412.
- 9.** **Habit⁹ ordinis.** **IDEAD** Sixtus cōcessit aliqua in fauorē habit⁹ triū ordinū. s. fr̃cis: prout h̃c in dictione **Habit⁹**. §. 8. et. 9. et. 10. et. 11. Et in dictiōe **Indul. pie.** q̃ ad fr̃es. §. 12.
- 10.** **Collector.** **Multi** alij summi pontifices concesserunt magnas remissiones peccatorum: monētibus et sepeliri se mandantibus in habitu sancti fr̃cis: que etiā reperit̃ur infra in dictione **Indulgentie** quo ad seculares. 6.
- 11.** **Indulgentia.** **Quā** plures etiā summi pontifices cōcesserunt multas et varias indulgentias et p̃ctōr̃ remissiones visitatib⁹ eccl̃ias sancti patris fr̃cis: ac etiā in illis sepeliri se mandātib⁹: aut in earū claustris et cimiterijs: necnō porrigētib⁹ manus ad intrices p̃ illarū edificatōe: aut reparatione: et similiter exhibētibus opera pietatis et charitatis s̃rib⁹ mino. filijsq̃ prefati sanctissimi patris. Que oīa distincte reperiuntur infra in dictione **Indulgentie** quo ad seculares. 1. et. 2. et. 4.
- 12.** **Stigmata.** **Insuper** nonnulla pertinētia ad Stigmata predicti ieraphici patris: ponūt̃ur infra in dictione **Stigmata**.

## Generalis ordinis.

- 1.** **Electio.** **Clemens.** 4. statuit: q̃ generalis minister statim postquā lectus (sc̃dm regulam et cōstitutiones ordinis) fuerit: eo ipso verus eiusdem ordinis generalis minister effect⁹: curam animarum fratrum ipsius ordinis plenam habeat: et libere gerat. Ac q̃ fratres predictos auctoritate propria ligare: ac solvere. Necnō in eodem ordine aggregare: que ipse minister et diffinitores capituli generalis: iuxta cōstitutiones predictas: ordini et fratrib⁹ secundū deum viderint expedire. Iptiq̃ fratres hincī generali ministro: deuote ac humiliter obediant. Et similiter voluit: q̃ generalis minister a provincialibus ministris et custodibus sc̃dm regulā et cōstitutiones ipsius ordinis: absolui et ammoueri possit. ff. fo. 56. et ff. 139. conce. 307.
- 2.** **Electio.** **IDEAD** Clemens fecit aliam concessionem circa electionem generalis ministri: que posita est supra in dictione **Electio**. §. 3. **Uide** etiā ibidē aas duas **laicalas**. 4. §. sexto: et septimo.

- 3.** **Reformatio.** **Reformatio.** **Cōcilij.** **Constantiēse** statuit: q̃ g̃nalis fratrum mī. possit et debeat cōuētus sibi subditos: ad statū stricte obseruatōe consonū: iuxta declarationes et statuta sedis apostolice et ordinis reducere: tollendo quascūq̃ superfluitates: siue sint in rebus mobilibus: vel immobilibus: quantum fieri poterit bono modo: habito semper cōsilio maiorum et discretorū sibi obedientiū. Ac eligēdo (si opus fuerit) aliquas personas que ipsas superfluitates: auctoritate dicti

concilij vendant: commutent: aut alias in operibus conventuum cōvertant. B. fo. 26. Et ffo. no. concessione. 236.

**Urbanus.** 5. cōcessit gñali ministro: posse dare de toto ordine suffragia indulgentiarum: et orationū: ac beneficiorū spiritualium: qui buseumq; personis deuotis: et benefactoribus ordinis nostri. b. ffo. 261. cōce. 671.

**Bonifacius.** Onifacius. 9. cōcessit magistro gñali ordinis predicatorū p tēpore existēti: q in quolibet caplo gñali dicti ordinis pro tēpore celebrādo: vni ex fratribus dicti ordinis in theologica facultate pñecto hñdi: p generalē et diffinitores dicti capituli: vel aliquos magistros ad hoc assu mēdos diligentem examinationem: sufficientem et idoneum inuenerint: magi sterij honorem et docendi licentiā: seruatis constitutionibus vniuersalis concilij et alijs solēnitatibus in talibus cōsuetis: auctoritate aplice clargiri possit. Sibi q; vt infra dictū ordinē et extra: oibus gratijs. pñilegijs. libertatibus. et indulgen tijs: tam a sede aplice q; ab ordine predictis fratrib; eiusdē ordinis in eadē theol ogia pparitus magistratū cōcessit: perinde vti et gaudere valeat ac si in pPa risien si studio hñdi magisteriū recepiſſet. b. ffo. 117. conce. 426.

**Eugenius.** 4. concessit: vt generalis possit tollere superflua a conuenti bus sibi subiectis: ac in alijs conuentibus reponere: aut cō mutare. o. ffo. 261. concessione. 676.

**Eugenius.** districte precipiendo mādauit puincialibus et alijs fratri bus ordinis mī. regularis obseruācie: quatenus gñalib; dicti ordinis p tempore existentibus: appellatione: et contradictione quibuscūq; remotis: in oibus et lin gulis licitis: et honestis: regulā et statutū: ac ordinē ipōū obser. necnon officiū eo rumdem generalij quomodolibet concernētibus: que dicti generales pro tpe du perint ordinanda: seu illis iniunxerint: aut mandauerint: humiliter pareant et in tendant: ac illa efficaciter studeant adimplere. b. fo. 47.

**Nicolaus.** 5. cōcessit generali ministro predicto: q oēs singulosq; fratres sui ordinis: qñcūq; exēptos virtute litterar; apostolicarum: ppter regule et statutorij eiusdem ordinis formā: possit visitare: corrigere: et puni re. Non obstantibus quibuscūq; in contrarium facientibus: prout latius po ti tum est supra in dictione Correctio fratrum. §. 12.

**Pius.** 2. concessit: q generalis ordinis mī. possit dare auctoritatē celebrandi per vnā horā ante aurorā: eis quibus sibi videbitur apostolica aucto ritate. o. ffo. 97. concessione. 346.

**Sirtus.** 4. cōcessit facultatē gñali fratrū mī. vt qñcūq; viderit fratres suos: vel aliquē ipōr; abuti gratijs et facultatib; aplice ab eodē cōces sis: possit gratias et facultates hñdi suspendere: ac suspensas tenere: donec cōsū lat iurini pōtēficē: et ab ipō respōsum accipiat. b. fo. 36. Et ffo. 52. conce. 58.

**Uide circa hoc aliā cōcessionem Leonis infra. §. vltimo.**

**Sirtus.** cōcessit: q gñalis fratrū Carmelitarū administret et exerceat ea q ad suū officiū gñalatus pertinent: reiecta quantis pſessor sui ordinis: et alio rum sibi ratione dicti officij subditorū appellatione: q ab eius pceptis: moniti nibus: ordinationibus: et mandatis: ac decretis: regulari disciplina: quomodoli bet interponi contigerit. B. fo. 99. Et ffo. 132. conce. 446.

**Sirtus.** fecit cō simile cōcessionē sicut immediate suprapositam ge nerali fratrū Augustinienium in suo mari magno. B. ffo. 251. cōce. 636.

4. Indulgentie

6. Ex pñi. pñl. Magister.

7. Appellatio. Statuta.

8. Exēptiſſes. Correctio.

9. Celebrare.

10. Desuspēsiōe pñilegiōrū particulariū

Collectore.

11. Ex pñile. Carmelitarū Appellatio.

12. Appellatio.



# Generalis ordinis.

- Innocentius.** 8. concessit q. minuter gñalis possit benedicere corpora laici: & similiter pñcials minuter. o. s. f. 8. c. c. c. c. 324.
- Dispenatio.** 12. **Innocentius** concessit q. generales & pñcials ministri possint dispensare cum fratribus suis: vt ad sacerdoti promouantur in uiginti secundo anno completo: hoc est cum attingentibus vigesimum tertium annum. o. s. f. 8. c. c. c. c. 326.
- Collector.** 13. **Circa** hanc cōcessionē vide supra in dictione **Dispenatio.** §. 15. t. ibi notata.
- Dispenatio.** 14. **Alexander.** 6. concessit q. generalis possit dispensare cū bisochis uidentibus in communitate seu in congregatione: quando fecerunt votum religionis sancte Clare: q. remaneant ibi si comode non possunt ingredi monasteria. s. Clare. o. s. f. 8. c. c. c. c. 360.
- Collector.** 15. **Quo** ad prefatam cōcessionem: vide supra in dictione **Dispenatio.** §. 20.
- Pro augm. sinenibus.** 16. **Iulius.** 2. concessit generali fratrius Aug. uenensium: & fratribus sui ordinis: motu proprio ac ex certa scientia: & de plenitudine sue potestatis: vt quęcunq. instrumenta: exemplaria: seu transumpta suorum privilegiorum ostendantur firmata seu signata sigillo generalis predicti: eandem omnino vim habeant: ac illis eadē fides adhibeatur: ac si plumbi signum: vel sigillum haberet. b. s. f. 8. c. c. c. c. 698.
- Declarare.** 17. **Leo.** 10. confirmant ac de nouo concessit immediate precedentē cōcessionem Iulij secundi. b. s. f. 8. c. c. c. c. 709.
- Declarare.** 18. **Circa** Leo concessit q. generalis minister possit etiam extra capitulum declarare que res debeant dici viles: aut parum valens: ad hoc vt intra & extra ordinem possint a fratribus dari: put latius positum est supra in dictione **Dare.** §. 20. Et habetur. o. s. f. 8. c. c. c. c. 175.
- Electio.** 19. **Circa** Leo in bulla vniuersis statuit: q. ex tunc in perpetuum eligatur minister generalis totius ordinis: mino. a ministris & custodibus reformatis: seu obseruantibus eiusdē ordinis. Qui similiter sit reformatus: & p reformato habeat a cōmunitate fratrum reformatorum. Et q. huiusmodi generalis habeat plenariā auctoritatē super omnes fratres mino. prout ex regula ei competit. Ac q. minister officium daret tñ per sexennium nisi antea vniuersis ita ministrorum prouincialium: & custodum visum fuerit debere depoi. Et q. dicto sexennio elapso: sit absolutus ab officio. Decernēs irritum & inane quicquid in contrarium factū fuerit: licet magis late habeatur supra in dictione **Electio.** §. 10. t. u. b. s. f. 8. c. c. c. c. 29. cōcessionē. 27. et. 24.
- Electio.** 20. **Circa** Leo statuit: q. minister generalis eligatur semel: seu vno sexenio ex fratribus cismontanis: & alio sexenio ex transmontanis &c. prout habetur vbi supra in dictione **Electio.** §. 11. b. s. f. 8. c. c. c. c. 29. cōcc. 27. et. 24.
- De gñali facio cardinali.** 21. **Circa** Leo ordinavit: q. primus minister generalis ex obseruatibus electus Rome tēpore eiusdē Leonis: non obstante illius assumptione ad cardinalatum: haberet officiū generalatus vsq. ad primum sequens caplin generale in scito pē thecoles anno sequenti celebrandum. b. s. f. 8. c. c. c. c. 117.
- Electio.** 22. **Circa** Leo annullant electionem generalis magistri fratrum mī. conuentualium: factam sub nomine ministri generalis. b. s. f. 8. c. c. c. c. 116.
- De uisitatione monialū.** 23. **Circa** Leo concessit q. generalis minister possit visitare & corrigere moniales: seu sorores quascunq. que per prouinciales: vel uisitatores solite sunt visitari: precipiens monialibus & sororibus huiusmodi in virtute sancte obedientie ac



# Gloria in excelsis deo. Guardianus. Fo. lxiij.

sub eadem communicationis late sententie penas: quatenus prefato generali pro tempore  
existenti humiliter obediant: et ipsam ad visitationis officium admittant: seque et  
earum domos: ac monasteria et loca visitari in capite et in membris: et corrigi ac  
puniri libere permittant. B. ffo. 34. conce. 118.

**C** D EAD Leo concessit generali fratri mi. ut in suo capitulo generali de consen-  
su eiusdem capituli: vel maioris partis declarare possit et valeat: utrum ab usu ali-  
cuius concessionis viue vocis oraculo facte abstinere debeat. Post qua quide de  
clarationem: tam fratres q. mon. ales sue obedientie: ac si concessio huiusmodi  
per sanctitatem suam suspensar: vel renouata fuisset: concessione eadem impositiu  
non videntur. o. ffo. 94. concessione. 296.

## Gloria in excelsis deo.



**L**erader. 4. concessit fratribus vniuersis ordinis mi. q. in  
missis votinis: tam solēibus q. priuatis: quas  
de spiritu sancto: aut de beatavirgine Maria dicerint: possint dice  
re bymni angelicu. f. Gloria i excelsis deo. Ne q. similiter possint  
dicere profas: seu sequētiās. b. fo. 23. Et ffo. 25. conce. 14.

**S**irtus. 4. concessit fratribus mino. de obseruantia: ut possint dicere in  
omnibus missis votinis Gloria in excelsis deo. o. ffo. 69. conce.  
143. Et ffo. 100. conce. 389.

**E** licet supra dicatur in omnibus: nō per hoc est intelligendum posse in illis mis-  
sis: que in suis proprijs diebus carēt illa: ut in missis dominicarum aduentus:  
et seoragēsimę et consilium.

**L**eo. 10. ad instantiā cuiusdam boni patris: qui ignorabat supra scriptas  
concessionēs generales: concessit fratres predictos posse dicere Glo-  
ria in excelsis deo in missis votinis: quando vocātur ad loca vbi requiescunt cor-  
pora sanctorum in ad celebrandum: vel vbi habetur de illis celebris memoria: sicut  
Sancti de sancto Joanne baptista: et in puincia. s. Lodouici sancte marie Aldag-  
dalene. o. ffo. 92. conce. 266.

**A** duertat qui hec legerit: q. hec vltima concessio stricta non derogat in aliquo  
precedentibus magis amplis: quia pontifer concessit conformiter ad relationes  
petentis: qui ut alias dictum est ignorabat concessiones latiores ante factas. Ali-  
ter enim non est credibile: q. sic petisset.

## Guardianus.



**L**emens. 4. concessit siue statuit: ut guardiani qui scdm statuta  
ordinis fratru mi. aliter q. per electionē instituitur:  
post ipsam institutionē: seu puisionē de ipsis facta: curā animarum  
fratru tibi subditoru habeant: ipsosq. ligare ac soluere possint: iuxta  
plius ordinis instituta. B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 309.

**S**irtus. 4. fecit cōsimilē concessione priorib. cōuentualib. fratru ordinis  
Carmelitaru: ut h. in suo mari magno. B. ffo. 182. conce. 446.

**C** D EAD Sirtus statuit: q. habitus fratrum mino. non possit dari his qui cū  
eo se elegerint sepeliri: nisi per guardianos dicti ordinis: vel eorū superiores. B.  
ffo. 149. concessione. 364.

**C** ista concessio habetur latius infra in dictione Habitus fratrum. §. u.

Excōicatio.  
Cōsuetudo.

24  
Dracula.  
Lap. gñale

Collecto.

Collecto.

Abolutio.

Habitus fra-  
trum.

Collecto.



## Guardianus.

## Gradus scolastici.

**Julius.** 2. concessit: qd oia priuilegia et indulta aplice concessa ordini fratrum predicatorum que spectant ad priores conuenticuales dicti ordinis: pertineant etiam ad guardianos conuentuum ordinis mino. b. s. s. fo. 73. c. c. 222. Quo ad prefata concessione est notandum: qd auctoritas priorum conuentuum ordinis predicatorum est valde magna: vt patet in mari magno predicti ordinis: et alijs eorum priuilegijs: qd semper participantur priores conuentuum prioribus provincialibus: quo ad suos subditos: quod nunquam ant raro reperitur in priuilegijs fratrum mino. in guardianis et puincialibus. Attamen virtute suprascripte concessionis: poterunt guardiani vti oibus concessis prioribus fratrum predicatorum: sicut inquam non fuerit eis restrictum per superiores. Et circa huiusmodi auctoritate: vide supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres: post. s. 7. Et in eadem dictione ppe si nem vbi dicitur. Tertium dubium est. Vide etiam supra in dictione Apostolate post. s. 8. et. 9. et. 11. Et in dictione Monitus. s. 24.

**Leo.** 10. concessit: qd oes fratres qui sunt nimis scrupulosi: possint in oibus dubijs conscientia sua tangentibus: secuta conscientia stare determinationi sui guardiani: vel cuiuscumque alterius prelati. o. s. s. fo. 93. conce. 287. Circa suprascriptam concessione est aduertendum: qd in ipsa non conceditur aliqua auctoritas nona prelati: vt valeant determinare ad libitum suum: sed solum puidetur serenitati conscientiarum subditorum.

De duratione autem officij guardiani: vide infra in dictione Officia ordinis. s. 2.

## Gradus scolastici.

**Artur.** 5. precepit in virtute sancte obedientie vniuersis cellularijs: rectoribus: decanis: magistris: et doctoribus studiorum: ac vniuersitatibus eorundem vbiq; consistens: ne fratribus mino. seu alicui eorum gradum et honorem: ac insignia magisterij conferre presumant: nisi si cursum per constitutiones apostolicas: et ordinis prefati instituta perecerint: et alias ad dictum gradum obtinendum idonei erant. Et decreuit ac statuit: qd quilibet ex magistris aut doctoribus qui alias (q; vt predictum est) gradum et insignia alicui fratrum predicatorum impedere presumpserit: gradum et honorem magisterij careat: atq; a lectionibus et alijs actibus et gratijs magistralibus: ipso facto sit perpetuo priuatus: et ad eadem de cetero inhabilis existat. Voluit insuper: qd eisdem penis subiectus sit: quicumque qui preter rigorem huiusmodi: gradum et insignia predicta suscipere presumpserint. b. s. s. fo. 35. conce. 40.

**Idem Martinus** ordinauit: qd si aliqui ex fratribus predictis bachalarium pro huiusmodi gradu magisterij assequendo: contra constitutiones apostolicas et instituta predicta fuerint adepti: et illius preterito libros sententiarum publice et actualiter legant: a lectione huiusmodi (sub penis supradictis) penitus et omnino cessent: alias ab eorum superioribus: penis grauioribus: per censuram ecclesiasticam arceantur. b. s. s. fo. 35. concessione. 40.

**Idem Martinus** statuit et decreuit: qd quicumque fratres ordinis mino. promoti fuerint ad magisterij gradum in theologia extra vniuersitates (ab ipso ordine per generalia capitula) ad hoc specialiter electas: et absq; eo: qd ante perfecerint debitos cursus suos: ac sententias legerint in vniuersitatibus approbatis: et ac legitimis et cetera exercitia scolastica fecerint: prius legere et facere tenentur de consuetudine

## Gradus scolastici. Habitus. Fo. lxxij.

vel de iure in bmo rite magistradi scientia: minime de cetero gaudere possint beneficij: officij: honoribus: gratijs: privilegijs: exemptionibus: et indulgentijs: tam in dicto ordine q̄ extra: magisterio in theologia (apostolica vel alia quavis auctoritate) cōcessis: et quibus magistri huiusmodi viri: et gaudere conueuerūt. Et insuper itatuit: q̄ predicti promoti non seruatis modis debitis: non habeantur: nec reputentur p̄ magistris in theologia: nec se p̄ talibus gerere et nominare presumant. Ac etiam mādauit generali et puincialibus ministris: custodib⁹: et guardianis: et eorum vices gerentibus: ac generalibus et puincialib⁹ caplis: et officialibus quibuscūq̄ predicti ordinis iub pena excoicationis: quatenus has litteras (quātū vnūquēq̄ cōcernit) obseruet et faciāt inuolabiliter obseruari: nō obstatibus quibuscūq̄ in contrarium facientibus. b. ffo. 39. conce. 43.

**Augenius.** 4. predictas litteras Martini. 5. quo ad promotos post ipsarum litterarū datam: voluit inuolabiliter obseruari: et eas auctoritate apostolica confirmauit inferendo illas de verbo ad verbum in suis litteris. b. ffo. 39. concessione. 43.

**Bonifacius.** 2. concessit magistro generali ordinis predicatorū: vt in capitulo suo generali possit p̄monere vnū fratri em sui ordinis ad gradum magistrerij: put potēti est supra in dictione S̄nalis. §. 5.

**Innocētius.** 8. itatuit: q̄ nullus frater ordinis predicatorū reformatorū: seu de obseruantia puincie aut cōgregationis Hispanie: magisterij: vel aliū quēq̄ gradū in sacra theologia (nisi ad illū per caplm̄ dicte cōgregationis expositis fuerit) assumere quo quomodo p̄sumat. Et q̄ si qui aliter p̄moti fuerint: p̄ non promotis habeantur: et ad bmo gradus inhabiles sint et esse censentur. b. ffo. 75. concessione. 194.

**INNOCENTIVS.** Innocentius cōcessit fratribus ordinis predicatorū: vt q̄ p̄pter magnas expensas: q̄ in suscipiendis gradibus in vniuersitate Salmatina fiunt: fratres predictę cōgregationis: gradus bmo ibide incipere cōmode non possūt: q̄ regēs: et in ei⁹ absētia prior dom⁹ Ieti Stephani Salmatine dicte cōgregationis: possint conferre quoscūq̄ gradus fratribus eiusdem cōgregationis: p̄ eādem cōgregationem expositis et admissis per capitulum: vel magistrum generalem dicte ordinis: dummodo sic graduandi peregerint curius suos. b. ffo. 75. concessione. 194.

## Habitus fratrum: et monialium.



**Innocentius.** 3. firmiter inibuit ne quis monachorū: seu religiosorum lineis camisis utatur. Ex iure cōe.

Habetur in caplo Lū ad monasteriū: extra de statu monachorū.

**Gregorius.** 9. prohibuit: ne sub habitu fratrum mulier licet alicui extra obedientia vagari. Et q̄ si qui forte presumpserint: liceat generali: et puincialib⁹ ministris: et custodibus: et fratribus ipsos: donec resipuerint: censuram ecclesiasticā exercere. b. ffo. 20. concessione. 494.

**INNOCENTIVS.** Gregorius precepit ecclesiarum prelatis: quatenus mulieres de se habentem sanctę Clare: et cū illo per ciuitates discurrentes (cum requiriti sup̄ de habitu) hoc fuerint monitione premissa: compellant per cēsuras ecclesiasticas ad dimittendum huiusmodi habitum. b. ffo. 21. Et ffo. 23. conce. 1.



## Habitūs fratrum: et monialium.

**Innocentius** <sup>4. prohibuit: vt nullus qui non sit de religione fratrum minorum habitum dictorum fratrum: aut ita consimilem qd</sup>  
**¶ Sequuntur aliqua notabilia circa prefatam materiam:** que licet aliquibus videtur clara: cōtinet tamen multas difficultates: elucidatione indigentes.

Primus notabile.

**¶ Primo** circa casus in secunda regula sancte Clare edita per Urbanum. 4. in quibus diuersis personis conceditur licentia ingrediendi clausuram monasteriorum monialium huiusmodi: licet superius sint positi. §. 6. et. 7. tamen hic sigillatim ponitur vnusquisq̄ casus cum declaratione expedientis: prout probatissimis quibusdam patribus ordinis mī. in iure ac rebus religionis: penia maturā discussione visum est. Quos ad tute incedendum sequi oportet.

Primus casus.

**¶ Primus casus** est: quo datur licentia ingrediendi illi cui cōmissa fuerit administratio sacramentorum. i. confessor seu vicario: quando aliqua soror vel monialis tanta fuerit corporis infirmitate detenta: q̄ ad loquutorum cōmode venire non possit: & necessitatē habuerit confiteri: vel dominici corporis: seu alia recipere sacramenta. Ita tamen: q̄ exibiturus huiusmodi sacramenta: alba & stollas et manipulo: cum duobus idoneis & religionis socijs: vel vno ad minus: alba vel saltem superpellicio vestitis ingrediantur: ac moxentur induti: & audita cōfessionē: vel alio tradito sacramento: sicut ingressi fuerint: sic egrediantur induti. Nec moram faciant ibi longiorem. Laueant etiam: vt q̄ diu intra monasteriū fuerint: nullatenus ab invicem separentur: quin semper mutuo possint libere se videre.

Expositio.

**¶ Hec Urbanus in regula. c. 7. et supra. §. 6.** Cū ad istum primū casum est aduertendum: q̄ socius debet esse clericus & non laicus: vt expresse habetur in bulla Gregorij. 9. que habetur. fo. 48. et sfo. 131. et supra. §. 3. Et idem innuitur in bulla Urbani supraposita cum dicit: q̄ socius intret indutus alba ad minus. Tale autem indumentum solum competit clericis: & adhuc in sacris ordinibus constitutis. Consuetudo tamen est in contrarium: que vtrum sit bona & valida: aliorum sit iudicium. Mihi tamen non videtur tuta.

Secundus casus.

**¶ Secundus casus** est: quando aliqua monialis vult exalare spiritū: de quo dicit Urbanus vbi supra immediate. Sic quoq̄ se habeant in anime cōmendationes ses confessor: & socius vel socij: put in precedenti casu dictum est.

Tertius casus.

**¶ Tertius casus** est: cum abbatisse & conventui visum fuerit & petierint: q̄ cōfessor ad exequias celebrandas debeat introire. Et tunc modo supradicto cum duobus socijs intret indutus: & sepulta mortuam cum eis exeat sine mora. S; si abbatisa & conventus non petierint huiusmodi ingressum: dicit papa vbi supra: q̄ nō ingrediatur claustrum sacerdos: sed ceterius in capella quod ad officij pertinet exequatur. C. Circa hoc autem notent fratres & aduertant: si ingrediendo aliter: aut in maiori numero: euadent ex cōmunicationem papalem: vna cum transgressionē iure regule si sint fratres minores. Nec sufficit pro excusatione consuetudo

Expositio.

## Ingredi monasteria monialium. §o. ciij.

contraria que in aliquibus partibus forte viget: quia est abusus: cum careat conditionibus requisitis ad hoc vt consuetudo vim legis habeat: et derogat legi iuste ac rationabili: et pro maiori parte obseruatur: preteritum a religiosis pbris et doctoribus: siue regule obseruationibus.

¶ Quartus casus est: si necesse fuerit vt ingrediantur aliqui ad aperendam sepulchram: seu post modum coaptandam: et abbatisse et cōuentui visum fuerit hoc expedire: propter imbecillitatem fororum. Quo casu dicit Urbanus vbi supra: si sacerdoti vel alicui alij ad hoc idoneo et honesto: cū vno socio vel duobus licitū in troire. Et hoc peractū: ceant sine mora.

Quartus casus

¶ Defati quattuor casus habentur. 7. c. secunde regule. s. Clare. fo. 285. tracta. 3. et ff. 295. tracta. 2. Et supra. §. 6.

¶ Notandum: qd vltra quattuor predictos casus: sunt etiam nonnulli alij casus in quibus confessor: seu vicarij monialium sancte Clare ingredi possunt clausuram monasteriorum in quibus deputati sunt: scilicet pro exercendo ipsorum monasteriorum opere: vel illis conferendis ab incendio: seu a latronibus defendēdis: vt habetur supra. §. 3. ac prout declaratur infra casu sexto. Item causa celebrandi missam monialibus grauitur infirmantibus: vt patet supra. §. vltimo. Et insuper causa renouationis sacramenti. Nam ex quo Clemens. 7. cōcessit: qd possint habere sacramentum in ecclesia interiori: vt habetur supra: Eucharistia. §. 2. et infra casu. 12. indirecte visus est concedere ingressum ad consecrandum aut renouandum sacramentum. In nullo vero alio casu reperitur concessus ingressus prefatis confessoribus: seu vicarijs. Et ideo reuerendissimus pater frater franciscus angelorum cum esset minister generalis in suis premonitionibus: seu anisamentis: extra prefatos casus districte prohibuit ingressum: vel potius declarauit prohibitum.

Pro confessoribus seu vicarijs

¶ Quintus casus est: qd medicus causa multum grauis in firmitatis: et minor: cum necessitas exegerit: possint ingredi. Qui tamen non absq; duobus socijs de familia monasterij introducantur: nec ab invicē intra monasterium separentur. Nec Urbanus prefatus. Circa hoc tamen nunc habetur concessio Sixti. 4. vt loco duorum familiarium predictorum: sufficiat: qd medicus et minor a duobus vel tribus monialibus antiquis associetur: vt habetur supra. §. 14.

Quintus casus

¶ Quo ad hunc casum oportet aduertere: qd cum papa dicat: qd medicus possit ingredi causa multū grauis in firmitatis: qd pro leuibus infirmitatibus: aut quarantana: vel alijs malis dispositionibus: seu causa visitationis: nec medicus: nec cōfessor possint ingredi. Et quando medicus causa multum grauis infirmitatis ingreditur: non potest cum ipso ingredi famulus suus: aut alia persona: nisi prout in regula et concessione Sixti continetur. Item ad hoc vt minor possit ingredi: oportet qd prius per medicum determinetur expedire aut necessarium fore. Vel si aliqua monialis haberet in consuetudine minuendi se aliquoties: debet fieri prius assensu abbatisse cū consilio discretarum conuentus.

Expositio

¶ Sextus casus est: occasiōne incendiij vel ruine: aut alterius periculi: seu dispendij: vel pueniēdis a violentia quolibet monasterium aut personas.

Sextus casus

¶ Circa hunc casum est notandum: qd cum regula non declarat: seu specificet tūm aut quale debeat esse periculum: seu dispendium ratione cuius liceat ingredi claustram: determinari debet arbitrio abbatisse et discretarum conuentus. Et autem magis innotescat huiusmodi casus: sequentibus exemplis elucidabitur.

Expositio



## Ingredi monasteria monialium.

**C**Primum exemplū. Aliquis malefactor fugit ad monasteriū monialium. Admoniales vero ppter suam honestatē volunt illū eicere foras: et non sufficiunt earum vires: tunc poterint intrmittere tot seculares quot sufficiant vel opus sint ad illius expulsiōē. Qui poterit impune ac licite ingredi. **C**Itē aliud exēplū. Quēdā vidua intrat religiōē monialium: et post ingressum inuenitur: q̄ remanet p̄gnans de viro suo. Venit tēpus partus: talis poterit parere intra clausurā monasterij: si cur posset curari ab alia in firmitate: ac per cōsequēs posset ingredi obsterit: put ingreditur medicus. **C**tertū exēplū. Si forte tā grandis cōtentio et discordia foret inter aliquas ex monialibus: q̄ alie moniales nō possent eas pacificare: timeretur q̄ moris: aut aliquod magnū dānū. Vel si forte aliqua inuaderetur et veraretur a spiritibus malignis: et alie moniales non possent eā recolligere nec impedire a nocumētis inferēdis: possent tunc ingredi illi qui necessarij essent ad apponēdum remediū in ijs: et cōsimilibus. **C**Quantū vero ad alium casum. sc̄iueri eas ab aliqua violentia: potest sic exemplificari. Si accideret: q̄ aliqua desponsata ante cōsummatōē matrimoniij ingrederetur religiōē: et sp̄s ante professiōem attentaret per vim extrahere illā: et moniales non possent resistere: tunc licite possent ingredi oēs illi qui ad resistendū huiusmodi violētie essent necessarij. Non tñ ad obuiandum reformationi: seu correctioni ipsarū monialium. **C**Quo ad incendiū autē: nec nō quo ad alia in p̄fato casu contenta: est summe aduertendū et notandū: q̄ huiusmodi concessio nō extenditur ad fratres minores: q̄ est generalis: et ipi iuxta suā regulā indigent concessiōe speciali: q̄ respectu fratrum huiusmodi obsequijs monialium deputatorum dītarat: facta est per Gregorium. 9. vt habetur supra. 6. 3. Quapropter reliqui fratres minores nō possunt in p̄dicto casu ingredi clausuram: nisi extrema necessitate instante. Et pote quando non est sufficiens copia aliarum personarū: que in tali casu possint et velint succurrere: prout inferius magis declaratur.

**Nota.**

**Septimus casus.**

**C**Septimus casus est: cum pro aliquo opere exercendo: quod cōmode extra monasterium fieri non potest: necessitas exegerit introire. Hoc est: cum necesse est facere aliquod opus interius: et ad faciendū illud non sufficiunt moniales: nec potest fieri exterius. **C**Huiusmodi casus habet locum quando aliqua res nimium ponderosa deferitur ad monasterium: nec posset introduci a monialibus dando illam a foris: nec posset diuidi in partes vt sic partita intrōmitteretur. Tunc. n. posset ingredi qui ad hoc esset necessarius. Sed q̄ regula non dicit: q̄ ingredientem pro opere exercendo adiūgatur socius: debet ingredi solus: nisi forte socius ad idem opus esset necessarius. Videtur etiam circa p̄fatum casum: q̄ quēadmodum secularis potest ingredi p̄ opere exercendo: si militer fratres deputati ad seruitiū monialium ingredi possint ad dandum ordinem et industriā in opere faciēdo. Et q̄ si iidem fratres deputati seruitio monialium fuerint artifices idonei: poterint ingredi ad laborandū in tali opere: etiam si inuenirentur artifices seculares. fratres tamen non deputati ad seruitiū monialium: quāvis sint artifices non poterint ingredi: quia pro ipsis non habetur licentia specialis prout requiritur. Et quādo artifex fuerit secularis debet ingredi absq̄ socio: vt supradictum est: quia regula illum non concedit. Ita q̄ nec confessor: seu vicarius: nec aliquis sociorū eius poterit ingredi cū huiusmodi seculari: nisi opus esset vt dictū est: ad dandū ordinem et industriā in opere faciēdo. Licet autē de rigore littere regule monialium p̄dictarum: videatur q̄ frater minor si fuerit artifex illius operis

**Expositio.**



# Ingressi monasteria monialium. Fo ciiij.

possit ingredi: licet secularis. Tñ hoc non est conforme intētiōi eiusdem littere: nec per consequens debet fieri: quia cum de mente constat: verborum qualitas non debet attendi: vt est vulgātū in iure.

**Octauus casus** est: si quis de sancte ecclesie cardinalibus ad aliquod monaste- **Octauus casus**  
rium hñō religionis aliquando venerit: et intra clausuram ingredi voluerit. Qui  
cum reuerentia quidem est suscipiendus: rogandus tñ vt cū paucis socijs ingre-  
diatur. **C** Itad sedm aliquos est intelligendū de Cardinalibus pectoribus solū **Expositio.**  
Nihilominus tamen videtur certum: q̄ absolute intelligi debeat de quibuscūq;  
cardinalibus quibz protectores non sint hñō ordinis sancte Clare.

**Nonus casus** est: de quo dī in prefata regula. Liceat quoq; generali ministro **Nonus casus**  
ordinis fratrum minorū qñ ibidem celebrare voluerit: vel pponere sororibus ver-  
bum dei: qñ quatuor vel quinq; fratribus ipsius ordinis intra clausuram ingredi  
monasterij: si quando ei videbitur expedire. **Hec Urbanus.** **C** Circa hoc est aduer- **Expositio.**  
tendum: q̄ nullus alius prelatus ecclesiasticus vel religiosus: etiā si sit nostri ordi-  
nis: potest ingredi prefatam clausuram: nisi vt inferius subditur in regula verbis  
subsequentibus. **C** Alius autē prelatus (cui aliqñ forte de licētia sedis apostolice:  
vel dicti cardinalis intrare licuerit) duobus vel tribus tantum religiosis et bone-  
stis socijs sit contentus.

**Decimus casus** est: q̄ si forte p consecratione vel benedictione sororum: vel in **Decimus casus**  
alio modo concessum fuerit ep̄o alicui missam interitus celebrare aliqñ: q̄ paccio-  
ribus et honestioribus socijs sit contentus et ministris. **C** Quo ad istum casum **Expositio.**  
est notandū: q̄ ep̄is non potest dari prefata licentia: nisi per summū pontificē: et  
non per aliū inferiorē: etiā si vocati essent ad conferendū sacramentū confirma-  
tionis aliquibus monialibus. Ob quā causam nec ipse moniales egredi possunt  
clausuram: absq; speciali licentia pape.

**C** Prefati sex casus vltimi continentur in regula per Urbanum. 4. edita. c. 7. Et  
habetur fo. 288. tracta. 3. et fo. 297. tracta. 2. et supra. §. 7.

**Undecimus casus** ponitur in eadem regula. c. 24. et habetur fo. 290. tracta. 3. **Undecimus**  
et fo. 298. tracta. 2. dicendo: q̄ visitatores monialij possint ingredi ad tenendum **Undecimus**  
capitū visitationis: vel aliquid simile tangens suū officij: quod de foris nequit  
fieri. Et tunc cum duobus religiosis ac idoneis. scilicet paribus socijs: et non cum  
pluribus debet ingredi. Qui videlicet socij simul maneant: et dū fuerint intra clau-  
suram: ab invicē nullatenus separentur. **Hec Urbanus.** **C** Sciendū circa hoc: q̄ **Expositio.**  
virtute huius facultatis: et hoc tñ solo solū ingreditur bis temporibus nfi pro-  
uinciales ministri in monasterijs sancte Clare suarū puinciarū: super que habēt  
gubernationē cōmissam a papa. Et similiter commissarij quos ip si ministri pro-  
uinciales: aut generalis mittunt suo nomine ad visitandū moniales.

**C** Ad adū: q̄ hic nō facim⁹ mētiōē licentie quā Nicolans. 5. dedit seruatricib⁹ **Collectio.**  
monialij ad ingrediendū clausuram quando requiritur: seu vocate essent ab abba-  
tissa cū consilio discretarū et c. vt habetur supra. §. 19. **Hec** non reperitur fuisse  
in visu: nec per consequens creditur esse acceptatū. Et dato casu q̄ hñō concessio  
esset in visu: et acceptata foret: reuocata tñ est p pñitiōē Leonis suprapositā. §. 28.

**C** In supradictis ergo casibus concessum est per Urbanū. 4. posse ingredi clau-  
suram monasteriorū sancte Clare. **C** Et tñ cū ista sit concessio generalis: que non  
sufficit p fratribus minoribus: p quibus requiritur specialis: vt patet ex tertio sue  
regule: non possunt virtute illius ingredi prefatam clausurā. Idcirco dubium est



## ¶ Ingredi monasteria monialium.

**Questio.** In qua facultate visitatores: et fratres deputati ad seruiciū monialium possint ingredi  
**Responsio.** claustrum: Ad hoc respondetur: q. Urbanus prefatus sciens: q. alia via erat circa hoc pulsum: nō specificauit amplius: sed solū concessit: q. commissio facta pro monasterijs prime regule sancte Clare: extenderetur seu cōmunicaretur monasterijs secunde regule: put in plogo dicte regule Urbani continetur. fo. 283. tracta. 3. et ffo. 293. tracta. 1. Concesserat autē Gregorius. 9. q. visitatores: et capellani: seu confessores monialium sancte Clare essent fratres minores. Ac per consequēs visus est concedere omne quod necessariū erat ad executionē suorum officiorum. i. visitatoribus ad visitandū: et confessoribus: alijsq. fratribus ad seruiciū monialium deputatis in casib⁹ certis et determinatis: put habetur supra. §. 3. Et in ultimo capitulo pime regule sancte Clare dicitur: p. confessione in firmari: que ad loquutorum ire non possunt: ac p. cōmunicandis eisdem: et p. extrema unctione: et anime reco mendatione: liceat confessori cum socio introire: vt habetur fo. 283. tracta. 3. et ffo. 293. tractatu. 2.

**¶ No decim⁹ casus.** C Duo decimus casus potest assignari: ad renouādū sacramentū tpe cōfecto. Et hoc virtute cōcessionis Clemētis. 7. q. habetur in dictione Eucharistia. §. 2.

**Collector.** Sed circa supra dicta est notandum: q. pectores cū essent principales prelati monialium: disposuerunt de visitatione illarum: alijsq. rebus gubernationē ipsarū concernentibus: illa que suis tēpōrib⁹ visa sunt expedire: extendendo: aut resir mendo auctoritatē suā cōmissariorū ad libitū suū: et forte non curando de his que Gregorius. 9. statuerat: vt supra positiū est. Inter quos protectores successit vnus dñs Martinus appellat⁹: qui volēs se exonerare ab hui⁹ cura monialium subdelegauit gubernationē ipsarū gñali et p. uincialib⁹ ministris: dando illis quā dam cōmissionē. Et q. visum est ei postea cōmissionē illā esse diminutā in aliquibus: dedit aliā in supplementū illius: vt habetur fo. 33. et. 34. et. 35. tracta. pmo. vbi concessit ea q. in hui⁹ cōmissionibus cōtinentur. Quo pectoris defuncto: ex pira uerunt ille cōmissiones. Et q. iā nullius erant valoris: non sunt postea in secunda impressione libri Monumenta ordinis nūcupati: licet per inaduertentiā: atq. erro rem posite sunt in prima impressione eiusdē libri. Ex quo sonatū est: q. aliqui decepti sunt credendo q. prefate cōmissiones manebāt in pristino vigore: atq. volendo se innare illis: et adducēdo eas ad suū ppositū: presertim quidam bon⁹ pa ter in quodā libello: seu tractatu quē circa hui⁹ materiā edidit. Et idem iudiciū est de cōmissionibus et concessionibus alterius protectoris qui dicebatur p. bili pus: put habetur in quadā tabula p. uilegiorū per fratrem Joannē Jernigon edi tam: qui etiā deceptus est credēdo: q. post mortē ei⁹ duraret cōmissiones et cōces siones per illū facte. Quō autē per mortē pectoris expirauerint ille sue cōmissio nes p. q. scōm iura per mortē delegantis expirat delegatio. Item q. licet ille p. tector adhuc uineret: Martinus. 5. papa reuocauit illas: auferendo auctoritatem et potestatem a protectoribus in hoc casu: vt habetur supra. §. 13. Quapropter ab hui⁹modi cōmissionib⁹: et alijs cōsimilibus per nonnullos protectores factis cauendum est post illorū obitum. Item est notandum: q. protectores qui prela to dño Martin⁹ successerunt: noluerunt facere prelati ordinis cōsimiles cōmis siones: aut prelati noluerunt eas accipere de manu illorū: quapropter summi pō tifices: forte attendentes q. promissione protectorum: suarumq. cōmissionum: mi nus bene gubernabantur moniales: volentes apponere remedium in hoc cōmi serunt onus gubernationis earum ordinī nostro minorū: seu prelati eius in ge

**Nota.**



## Ingrēdi monasteria monialium. Fo. ciiij.

nera licet aliquorum monasteriorum per cōmissiones: seu prouisiones speciales. ingredi cōp  
al el  
Taliter: q̄ auctoritas quā ordo noster habet nunc super huiusmodi moniales nō  
dependet a protectore: sed immediate a papa. Et sic cū noster ordo habeat hanc  
specialem cōmissionem a sede apostolica: habent visitatores: ⁊ fratres deputati  
seruicio monialium licentiam specialem ad ingrediendū claustrū in certis casib⁹  
conformiter ad regulam nostrā: quibus prefata licentia Gregorij noni non preces-  
sisset. Ita q̄ per viā viam ⁊ aliam visitatores ⁊ fratres deputati obsequijs hu-  
iusmodi monialium possunt absq̄ scrupulo ingredi claustram suorum mona-  
steriorum in casibus per Gregorium. 9. specificatis: vt supra patuit. Circa su-  
pra dicta tamen ⁊ inferius dicenda oportet aduertere: q̄ post prefatam concessio-  
nem Gregorij. 9. ⁊ sufficientem specificationem casuū in quibus fratres mino-  
licite possunt ingredi claustram monasteriorum huiusmodi: aliqui summi ponti-  
fices amplianerunt predicta concedendo ingressum in alijs casibus: vt patet in  
pra. in concessionibus Bonifacij. 8. §. ii. et Nicolai. 5. §. 19. et Alexandri. 6. §. 26. mubnuc  
admon  
stionem  
to pira  
alij  
cūm  
Quas tamen concessiones: ⁊ quaslibet cōsimiles: Leo. 10. renouauit ⁊ annullauit:  
quia aliqui forte illis abutebantur: vt patet supra. §. 26. Ita q̄ soli manent in suo  
vigore concessiones Gregorij. 9. et Urbani. 4. necnon ille que post datam breuiss-  
prefati Leonis reperiuntur facte: prout sunt tres: quas idem Leo anno dñi. 1517.  
oraculo vine vocis fecit: que habentur etiam supra in tribus vltimis concession-  
bus dictionis Ingrēdi. ⁊ c. Et notandus est insuper circa omnes casus supradic-  
tos in quibus cōceditur posse ingredi claustrū: q̄ sunt respectu monasterior. 8.  
Clare: vltimo distat excepto. s. sup. §. 31. Quapropter si fratres in his habuerint  
gubernationem monasteriorum monialium aliorum ordinum: attendant ad aucto-  
ritatem que ipsis conceditur in regula ⁊ privilegijs ipsarum. Nam licet sit mini-  
ster generalis: non potest ingredi claustram monasterij religiosorum alterius or-  
dinis: absq̄ speciali licētia pape. Idcirco op⁹ bene aspicere regulā ⁊ privilegia ta-  
lium monialium: ne limites excedēdo quos sancti patres posuerūt: transgressores sui  
voti efficiantur. Qd ne accidat alicui: aduertat ad resolutionē sequentem.  
Et tandem resolutio huius materie est: q̄ nullus frater mī. potest ingredi (absq̄ Resolutio  
transgressionē sue regule) in monasterijs monialium cuiuscumq̄ religionis: exce- notabilis,  
ptis ministro generalis: ac visitatoribus: et fratribus deputatis seruicio monialium  
sancte Clare: in casibus supradictis: et eo modo quo in ipsis cōtinetur: atq̄ in pre-  
fatis tribus per Leonē concessis. Idcirco ingredi ad dandū velut: seu ad vidē-  
dum dare: aut ad professionem monialium: vel ad visitandum desolatas: seu in-  
firmas: aut confessor accipiens occasionem intrandi ob renouationem sacramē-  
ti: vt aliquem fratrem introducat secum: tunc tñ scdm veritatem tunc non fietem-  
pus in quo deberet hoc fieri: vel sub colore edificiorum: seu alienius operis exer-  
cendū: non habendo illud pro fine principalit: aut carendo arte ⁊ industria ad dan-  
dum ordinem in hoc: vel quando non est necesse q̄ fratres dent talem industriā  
et ordinem: quia sufficiunt artifices secularē: aut inuales: seu q̄ absq̄ rationa-  
bili timore defectus potest a foris sufficienter dari forma ⁊ industria: aut sub quib⁹  
hui⁹ cūq̄ alijs inuentionibus: fictionibus: fraudibus: cantibus: colorib⁹: seu excu-  
sationibus: quia foret in casibus alias cōcessis nullaten⁹ licet. Qia. n. bincl sunt  
clare prohibita per regulā nostrā: ⁊ summos pōtiffices. Et q̄ vt dicitur in Clemē-  
tina Equi de paradiso: de verborū signi. vbi aliquid alieni generaliter p̄hibetur:  
quod expresse non conceditur: intelligitur denegatum.



## Ingredi monasteria monialium.

**Proserpu** Ultra omnia supradicta sunt duo notanda: ppter scrupulosos circa bñdī mō-  
 lo sis, teriam. 1. Prīmū est: qd licet intrans clausurā prefatā cū licētia sufficiēti (put in ca-  
 sibus concessis per regulā: superi? expressis: seu alias) debeat exire statim inuito  
 negocio: p quo ingressus est: quis tñ aliquantulū demoritur vel se detineat: dum  
 tamen non sit corrupta intentione: sed quadā curiositate circueat officinas: aut lo-  
 quatur cā aliquibus monialibus: nō ppterea incurrit aliquā censurā: nec peccat  
 mortaliter. Verū tñ: si corrupta intentione faceret supradicta: nō excusaretur a pec-  
 cato mortali: r ab incurſu censurarū. 2. Alterū notandū est: qd exceptis visitatori-  
 bus r fratribus deputatis ad obsequiū monialium: nullus frater ppter aliquā cau-  
 sam potest ingredi clausurā bñdī: nisi in casu extreme necessitatis. Ut exēpli gra-  
 tia. Si aliqua monialis esset ppingua morti: r non adesset confessor qui illā audi-  
 ret in cōfessione: aut in defectū sōci. Tunc, n. posset alius sacerdos introire: vel cō-  
 fessor accipere alium socium: cessante tamen fraude.

**Secundum**  
 morabū.  
 De monaste-  
 rijs tertij or-  
 dinis.

**S**ecundo principaliter circa bñdī materiā ingressus monasteriorū monia-  
 lium est sciendum et notandū: qd aliqui arbitrati sunt prohibitionem supra-  
 dictā non extendi ad monasteria tertiariarū: allegando qd tertiarij nō sunt nec vo-  
 cantur moniales: ac per consequens non includi sub prohibitionem regule qd dicit.  
 fratres non ingrediantur monasteria monacharū r c. Et licet contrariū sit veri-  
 tas tam manifesta: q nulla indigeat pbatione: tñ vt obſtruantur ora loquentium  
 iniqua: pbabitur bñdī veritas: excludeturq; contraria falsitas euidenter. 1. Pro  
 cuius declaratione r pbatione supponitur: qd modus viuendi tertiariarū a patre  
 nostro francisco institutus: non fuit p viris aut feminis religionis qui deberēt vi-  
 uere collegialiter: seu in congregatione: vel in cōmuni. 2. Pro talibus. nam ipse  
 ordinauerat duas regulas. s. Minorū p viris: r sancte Clare p feminis. Sed ter-  
 tiam regulā: seu modū viuendi instituit p existentibus in suis pprijs domibus:  
 etiam si essent ac manerent coniugati: put dicit glosa in Clementina Cū ex eo. de  
 sententia excoicationis. Et tales pprie non erant nec dicebantur religiosi: aut fra-  
 tres vel sorores: sed solum continentes vel penitentes: seu tertiarij vel tertiarię: aut  
 bisoque: vt in Italia: seu beate: vt in Hispania. Ideo de talibus dicunt doctores:  
 presertim glo. in Clementina pma: de religiosi domibus: r in supradicta Clemen-  
 tina Cū ex eo: qd sorores minorū: que dicuntur tertij ordinis: licet pmittant obediē-  
 tiam: non habent regulā pprie dictā quo ad tria substantialia: sed quēdam modū  
 viuendi per sedē apostolicā approbatū. Et iste tertius ordo: etiā pro viuētib? in  
 coniugio maribus r feminis adiutus est. Immo principaliter p talibus. Et  
 habent pfectū pprium in singulari. Et potius est modus viuēdis: q; pprie dicat  
 regula. Est tamen approbatus per Nicolā. 4. Sed quia non vident tria substā-  
 tialia: que sunt in religionē nō est pprie ordo. Et Abbas in c. Lausaz de iudicijs  
 dicit. Isti de tertio ordine sancti francisci appellantur fratres r sorores in Clemen-  
 tina Cū ex eo: de sententia excoicationis: sed non simpliciter: s; de penitentia. Et  
 in concilio Lateranensi celebrato anno dñi. 1316. in quadā determinatione facta  
 circa bñdī tertiarios: qui collegialiter nō viuunt: nominātur fratres r sorores tertij  
 ordinis: vt habetur ff. 2. 26. Igitur ingredi domus tertiarij bñdī que in cōi non  
 viuunt: sed in pprijs vel particularibus domibus suis: non est ingredi monaste-  
 ria. Nec per consequens sic intrās transgreditur regulā: cōm declaratiōes Gre-  
 gorij. 9. et Nicolai. 3. Sed q; postea sedes aplica dedit tertiarijs facultatem colle-  
 gialiter viuendi: illis qui sic in cōi viuere vellent: multiq; ex ipis poluerunt se in cōi



## Ingressi clausurā monasteriorū monia. §.o cv.

gregatione: Sicutus. 4. informatus: q̄ tales faciebant tria vota essentialia vel gionis solēniter in manibus suorū superiorum: et corā suo collegio vel congregatione declarant seu concessit: q̄ bñdī votū in oībus et per omnia habere eūdem effectum et vigore quē habet in quacūq̄ aliarū religionū per ecclesiam approbatarum: vt habetur fo. 33. tracta. 2. Et ff. u. 7. c. 256. Cum ergo post prefatā declarationem seu concessionem Sirti: femine p̄tentes solēniter tertiam regulā sancti patris nostri francisci: et collegialiter seu in cōmuni viuentes sint vere ac proprie religiose: sequitur clarissime atq̄ euidenter: q̄ eandē prohibitionē habent fratres mī. circa ingressum monasteriorū seu habitationū predictarum tertiariarū: et accessum ad loca exteriora vbi seculares cōiter accedunt: sicut habent erga alia monasteria quacūq̄ monacharum vel religiosarū. Et in hoc non potest dubitare nisi qui vult claudere oculos intellectus: nolens intelligere vt bene agat. Sed ad simpliciorē abundantiam: immo super abundantia: Eugenius. 4. volens aliquibus proteruis: ac excessiue affectis: seu deuotis erga tertiarias bñdī p̄cinitus amouere causam altercandi amplius in hoc statuit: q̄ in omnibus tertii ordinis sororum et monialū collegijs: fratres mino. de accessu et ingressu sic se habeant sicut seruatur in monasterijs sancte Clare: vt habetur supra. §. 17. Quid clarius aut euidentius queri et inueniri potest? Sed adhuc forte contra predicta insurgeat aliquis dicendo: non esse prohibitum ingressum monasteriorū bñdī tertiariarū: q̄ i quodā breui Leonis. 10. sup̄posito post. §. 29. sic cōtinetur. Et pariter ad tertiarias in congregatione viuentes: ad quas accedere licet p̄hibitū non sit et c. Verū tamen sic dicentes: grauiterrime errant: et ad pauca respicientes: de facili paralogizantur. Prefata nāq̄ verba posita sunt in relatione aut supplicatione dicti breuis a supplicante: qui hoc p̄supponebat tanq̄ verum: cū tamen esset falsum. falsitas autē huius p̄suppositi: patet tā ex regula nostra bene ponderata: q̄ ex declarationibus eius: p̄sertim ex determinatione Eugenij. 4. superius posite. Ac per cōsequens prefatum breue Leonis est subrepticū et nullius valoris quo ad concessionem fundatam super prefatā relationem. Idcirco indubie tenendū est: q̄ nulli fratres minores: quacūq̄ p̄latione fungantur possunt: magis ingredi monasteria tertiariarum collegialiter viuentiū: q̄m non seruent clausurā: q̄ monasteria sancte Clare. Ad quod etiā facit ordinatio prefati Leonis contenta in regula nona quā ipse edidit p̄ bñdī tertiariis. vbi. c. 8. dicit: q̄ visitator visitet quolibet anno semel tñ quolibet domū cū p̄sentia seniorum: et q̄ facta visitatione nō intret officinas nec alia interiora sororū. Nec similiter possunt prelati: seu visitatores pro talibus monasterijs: aliquibus personis licentiā ad ingrediendū concedere. Ac propterea illud quod in prefato breui Leonis dicit. q̄ in capitulis generalibus et provincialibus p̄uideatur de modo intrandi ad tertiarias et c. nihil penitus operatur: quia fundatur super prefatā relatione falsa. sc. q̄ non sit p̄bitus ingressus monasteriorū tertiariarum. Ad corroborationem autem predictarum est notandū et ponderandū: q̄ Eugenius in ordinatione superius adiecta: tertiarias in cōmuni viuentes appellauit moniales. Ex quo apparet: q̄ non sunt tales ille q̄ in vulgari Hispano dicuntur beate: sed beate sunt vel possunt aut debent dici ille femine non cōiugate: q̄ (vt vulgariter dicitur) tomā toca por amor de dios. i. accipiunt velā: seu cooperimentū capitis lineū quo nō vtuntur cōiter coniugate: nec domicelles: aut femine seculares solute: et remanent in suis domibus: et facultatibus temporalibus: siue sint coniugate: seu vidue siue non. Ex defectu autē huius intel

Nota.



## Ingredi monasteria monialium.

ligentia: ac distinctionis prefate, habuit originē error: afferentiu non esse phibitū ingressum ad claustrū tertiariarum collegialiter videntiu: dicendo: q̄ tales nō erāt monach: nec religiosi: sed beate: equiparando collegialiter viuentes: his que manent in suis, pprijs domibus ⁊ facultatibus tēporalibus sicuti alie persone seculares. Talis erat quidā frater minor: qui in capitulo generali celebrato Antuerpie in p̄uincia fracie seu flādie p̄tinaciter altercabat circa hoc: nolēs assentire pfate veritati manifeste: quousq̄ in pleno capitulo generali fuit p̄positū ⁊ declaratum vt supradictum est: habendo hoc p̄ tam manifesto ac euidenti: q̄ noluerunt adu- cere aliā probationem ad hoc: nisi regulam ⁊ declarationes eius. Et vere sic est: q̄ totum reliquum hic aductum potest dici superfluum intelligenti suaz professio- nem: et nolenti proteruire.

Tertiu nota  
bile.

**T**ertium notandum est: q̄ prohibitiō ingressus monasteriorum monialium comprehendit generaliter oia ⁊ singula monasteria: seu habitationes vel domus quarūlibet feminarū religiosarum collegialiter vel in cōmuni videntium. Dubitatu est autē hoc tēpore Gregorij. 9. Ad quod respōdit ipse in declaratione quā edidit super regulā fratrum minorū, premittendo sequentia verba, Cū ex lēga familiaritate quā idē confessor: s. sanctus franciscus nobiscū habuit: plenius no- uerimus intentionē ipsius: ⁊ in concedēdo predictā regulā: ⁊ obtinēdo confirmatiōē ipsius per sedē apostolicā sibi assiterimus: dū adhuc essemus in minorū offi- cio cōstituti ⁊ c. Hos vtiq̄ generaliter (cū regula nullū excipiat) dicimus esse pro- hibitum de quarūlibet cenobijs monialium: vt habetur supra, §. p̄mo. Et notan- dum: q̄ prefatus summus pontifex vt amoueret occasionē alterius glose: aut inter- pretationis: hoc est ne aliquis diceret, Ista nō sunt monasteria: ista sunt mona- steria: non posuit: dicimus esse phibitum de quarūlibet monasterijs: sed de qua- rūlibet cenobijs. Cenobiū autē est cōmunis habitatio ad simul habitandū ⁊ cōm- mendū: vel cōmanendū. Vñ etiā quattuor magistri expositores eiusdē regule: nō potuerunt amplius nec aliter dicere: nisi q̄ gñaliter erat obseruandū: sicut prefata declaratio pape dicebat: vt habetur. fo. 2. tracta. 3. et ff. 24. tracta. 2. Et sanctus Bonanctura dicit in declaratione eiusdē regule. Nec inibitio: de oibz monia- lium domibus intelligitur, Vbi. n. est maius periculū colloqui: ibi prudentius ob- iectur. Ipse autē moniales sancti Damiani: vel sancte Clare: p̄ ceteris mulieribz ab humanis cōsortijs excluditur. Licet ergo in frequentatione earū posset oriri pe- riculum: p̄pter quādā familiaritatē fratrum mī. et p̄pter hoc sit licētia ad cūdi talia loca sedē aptice reserua: tū q̄ alie moniales se amplius exponit humanis col- loquijs q̄ ille: necesse est vt illud mandatū ad oēs monachas referatur s̄m expositi- onem dñi Gregorij. Et sicut monachi sunt nō solum collegiati: verū etiā solita- rii: sic ⁊ monache ⁊ moniales intelligende sunt: nō solum collegiate: verū etiā inclu- se: ⁊ q̄ solitariā vitā agunt. Et he etiā sunt vitande sicut collegiate: p̄pter maius pe- riculum solitudinis: ex tenore p̄cepti: vt extimo: precedentis. Habet fo. 43. tracta. 3. et ff. 44. tracta. 2. Et si Hugo de digna in sua solēni declaratiōe regule dicit. Nul- lum monacharū cenobiū phibitio excipit generalis. Oēs autē mulieres cōter vi- uentes: ⁊ regularē vitam canonice p̄tentes: monache dici possunt. Et monaste- rium est vbi regulariū congregatio relidet personarū. Cōgregationē due vel tres (vt volit) persone constituunt. Monasteriū autē non facit domorū ambitio: sed cōtinua regulariū habitatio personarū: ecclesiasticis maxime: seu diuinis officijs deditarū. Ob hoc fratres discreti: oēs libētē monialiū locū vitant, Qui cauet la-



## Ingredi monasteria monialium. Fo. cvj.

queos securus est. Scpevbi cōgregatio minor: ibi suspicio maior cōsistit: et m̃a  
 foris peccati oportunitatē ipsa solitudo ministrat. Habetur fo. 73. tracta. 3. et fo.  
 75. tracta. 2. Sed qz post supradictā declarationē Gregorij. 9. Innocentius. 4.  
 et Alexander. 4. demeruerunt aliquātulum a prefata declaratione Gregorij: h̃ico  
 laus. 3. in sua solēni declaratione super regulā nostrā edita: quā nunc principaliter  
 habemus: et qua vtimur: et in qua quicquid boni erat in alijs declarationibus cō  
 tinctur: et minus bonū seu malum in precedentibus contentū reuocatur: inseruit  
 et ad litteram posuit illudmet qd̃ Gregorius in sua declaratione dixerat: vt babe  
 tur supra. §. 10. Sed aduertendū qz aliqui in isto passu faciebant quandā ridicu  
 losam obiectionē dicendū: qz regula solū prohibet fratribus m̃i. ne ingrediantur  
 monasteria monacharū: et qz monachos: seu moniales dicuntur ille q̃ instituti sunt  
 per ordinē monachorū: seu per institutores ordinū monachalij: prout sunt ille  
 que dicuntur sancti Basilij. Hicidicti: aut Bernardi et c. sicut apparet per antiq̃  
 decreta: que de hac materia loquuntur. Unde interebant: qz in monasterijs talium  
 monacharū solū erat phibitus ingressus fratribus minoribus: et qz in mona  
 sterijs seminarū religiosarū aliorū ordinū nō monachalij erat licitus ingressus.  
 Ita qz s̃m istā vanā argumentationē nō erat phibitus per regulā nostrā ingres  
 sus monasteriorū. s. Clare: nec aliarū religiosarū ordinū mendicantiū: qz s̃m strictā  
 nominū significationē: p̃me dñr monachet relique vero appellātur sorores: vt p̃  
 in regula. s. Clare: et alijs regulis medicantiū. Atqz cū nā cecia declarauerit debere  
 intelligi de quarūlibet cenobijs: nō meretur p̃dicta obiectionē spōsi cū aliā: nisi q̃  
 rere a faciente illā: si credit qz papa habuit potatē ad declarādū hoc mō supradictō.  
 Et cū q̃libet rōne vtr̃s neqat negare istud: manet cōclusum ñm ppositū absqz vl  
 teriori altercatōe. Cūqz ad maiore abundantiā sup̃abundantiā: om̃issis p̃fatis de  
 clarationibus: ostēdetur qualiter adhuc p̃ ñram regulā intellectā s̃m it̃s cōmu  
 ne: phibitio ñ f̃ses ingrediantur monasteria monacharū intelligitur g̃nāliter de  
 quibuscūbet feminis religiosis. nā licet sit certū: qz ista noia monacha: seu mona  
 lis a p̃ncipio imposita sunt solis feminis religiosis ordinū monachalij: qz tunc  
 nō erant alie religiones p̃ter monachales: q̃ sub gubernatione sua haberent femi  
 nas religiosas: t̃n postq̃ alij ordines: p̃sertim medicantiū instituti sunt: q̃uis femi  
 ne religiose sub eorū gubernatione existētes acceperūt pro peculiari: seu p̃prio no  
 mine vocari sorores: non t̃n p̃ter hoc renūciauerūt nomini antiquo. s. mona  
 charū: immo huerūt et sunt hoc noie vtreqz nūcupate absqz vlla differētia. Itaqz  
 vt in plurimū sic nominātur in iure cō: et in bullis summorū p̃p̃ti fieri: et in libris  
 iurisperitorum. Cū Abbas m. c. Clausqz de electiōe dicit: qz ista noia sorores et  
 moniales: sunt synonyma: hoc est idē importatū et significatū. Alijsqz varijs in  
 locis canonice cōcorditer hoc idē tenet. Igit̃ ista ñra dicē: f̃ses nō ingrediantur  
 monasteria monacharū: noluit aliud dicere nisi qz f̃ses nō ingrediantur b̃ratidēs  
 cōgregationū seminarū religiosarū. Id̃ nāqz ñ f̃ctis fr̃ac̃is? nō curabat de ri  
 gore gr̃amaticali significationis nominū: seu p̃p̃ietatis verborū: put nec i simili  
 est curādū. Aliet. n. effec dare legē verbis et nō reb: qd̃ nō patitur ins aliqd̃: nec  
 rō ñalis. Cū ergo iūctio legislatoris (q̃ de illa cōstat) seq̃ debeat: nō curādo de  
 verbis seu tenore s̃rali: q̃uis aliud de rigore significare videat: vt i. c. vltimo. de re  
 gulis iuris. li. 6. qz ratio legis est q̃ dat illi verū esse: vt m. c. Rō. de p̃bēdis: et cū cō  
 stet qz iūctio et finis p̃ris ñr̃ae legislatoris ñ f̃r̃e i b̃ñci phibitive sunt amittere  
 periculū et scādālū: q̃ faciliē seq̃ p̃nt ex cōuersatiōe cū feminis religiosis: et ista nō



## Ingredi monasteria monialium.

minuantur ppter differentiam istorū nominū vel illorū: siue dicatur monache. moniales. sorores. domine pauperes. sancti Damiani: vel terciarie: seu quocūq; qd nomine nuncupentur femine existentes in congregatione religiosa: necnō est qd in omnibus illis habet locū prohibitio supradicta regule. quo ad fratres mi. q̄uis ecclesia istud non declarasset: vt dictum est.

**Quarū notabile.**

**Q**uartum ⁊ vltimū notandū circa prefatā materiā est: qd prelati sub quorū gubernatione moniales sancte Clare existūt: non possunt dare licentiā personis secularibus: ecclesiasticis vel religiosis: ita viris q̄ feminis vt ingredi possint claustram monasteriorū binōi monialium absq; sedis apostolice licētia: seu auctoritate speciali denuo obtenta. Hoc patet sic. Nam si prelati habētes gubernationem monialium sancte Clare possent dare licentiā personis secularib; ⁊ ē. ingrediendi monasteria binōi: hoc maxime esset qd Julij. 2. cōcessit qd p̄uinciales fr̄m mi. babeāt eādē potatē ⁊ facultatem circa moniales sancte Clare illorū cure cōmissas: quā Urbanus. 4. in regula earūdem monialium cōmisit p̄tectori dicti ordinis: vt habetur s̄ffo. 7. 2. In regula autē prefata. c. 18. sic habetur. De ingressu personarum in monasteriū: firmiter ac districte precipimus: vt nulla vnq; abbatissa vel eius sorores aliquā personā religiosā vel secularē: aut cuiuslibet dignitatis in monasterij claustrā intrinsecā intrare permittāt. Nec omnino alicui liceat: nisi quibus concessus a sede apostolica fuerit: vel a cardinali cui fuerit sororū ordo cōmissus. Hoc Urbanus. Sed virtute huius concessionis non possunt prefatā licētiā dare: vt probabitur: Igitur ⁊ ē. Hoc patet primo: qd auctoritas supradicta concessa p̄tectori quo ad prefatum casum: reuocata est per Aldartinū. 5. vt habetur supra. §. 13. De personis autē exceptis in cōstitutionibus benedicti. 12. ⁊ e quibus Urbanus facit mentionē vbi supra: d̄. c. 30. earūdem cōstitutionū. Nulli regulari vel laice persone ⁊ ē. vt habetur supra. §. 12. Itaq; voluit Aldartinus dicere: qd licet in regula sancte Clare per Urbanū edita concessum esset p̄tectori ordinis posse dare licentiā intrandi monasteria predicta: tñ qd de cetero nec p̄tector: nec generalis minister: nec multo min⁹ p̄uinciales ministri: aut visitatores possint dare licentiā binōi: alicui persone cuiuscūq; status fuerit: absq; sedis apostolice licētia speciali. Sed adhuc forte instabit aliquis tenentium oppositū dicens: qd cū concessio Julij facta sit post supradictā reuocationem Aldartini: vniūcata est per binōi concessionē Julij: concessio Urbani facta p̄tectori ad hoc vt p̄uinciales fratrum mi. possint illa vti. Ad quod respondetur: istud non ob stare: qd concessio iulij fuit subrepticia quo ad hunc casum: ⁊ per consequens nullius valoris. Itaq; in supplicatione nō fuerunt expressa aliqua: si exprimerentur non esset forte concessa. s. qd predicta potestas ⁊ facultas p̄tectoris per Urbanū concessa: erat reuocata per Aldartinū. Si n. hoc fuisset expressum: non est vero simile: qd Julius concessisset generaliter ⁊ absolute pnt concessit. Et facit ad hoc illud quod idem Julius in quadā bulla: q̄ habetur fo. 43. tracta. 2. et s̄ffo. 126. declarauit dicens: qd per confirmationem p̄uilegiorū per Sixtū. 4. factā: ac eorūdem p̄uilegiorū nouā concessionem: per hec verba de nouo concedimus: solummodo esse confirmata et de nouo concessa p̄uilegia ordini concessa: ⁊ alias non reuocata. Igitur cum concessio Urbani esset reuocata per Aldartinū: non intenderet Julius vniūcare illam: si constaret tibi de reuocatione prefata. Et qd non constiterit prefato Julio de binōi reuocatione: patet etiā ex hoc: qd in derogationibus: seu non obstatibus in fine positis: vt moris est: nullā penitus fecit mentionē predictę reuocationis: pnt



## Ingressi mona. mo. Inquisitores heretici fo. cvij.

In similibus secundū stylū curie romane fieri solet: dicendo: Non obstantibus talibus et talibus literis apostolicis. Et dato casu: q̄ prefate littere Julij non essent subrepticie: put fm̄ veritate sunt: vt supra pbatū est: si adhuc videtur nō sufficere ad licentiandū personas seculares: vel quascunq; alias p̄ ingressu predicto: si bene cōsiderentur: et ponderentur verba in concessione Julij posita: q̄ talia sunt. Et circa predictas sorores. s. sancte Clare: illa potestas seu facultas predictis vicariis prouincialibus per prefatas lras apostolicas censetur esse cōmissa: q̄ per prefatum Urbanū predecessorē: qui predictā regulā cōfirmavit et approbavit: in eadē regulā p̄ceptoribus eiusdē ordinis cōmissa fuit: auctoritate apostolica: tenore presentium declaramus. Et ponderandū est quod dicit in principio concessionis. Et circa sorores predictas illa potestas et c. Ad n. dicit absolute ac generaliter circa sorores: earūq; monasteria et c. Nec specificauit aliquid de ingressu claustrum: nec minus de potestate dandi licentiā aliquibus personis p̄ ingressu binōticiū in similibus fieri solet: ac debet. Et aundē apparet veritas supradicta ex hoc: q̄ cū pbatio res: ac doctores patres religionis haberēt istud p̄ certissimo et indubitabili a proferuire nolētibus: reuerēdisimū pater frater frāscens angelox dū esset gñalis minister obtinuit a Clemēte. 7. anno dñi. 1526. p̄ gñā speciali facultatē: vt posset dare licentiā mulieribus viduis et honestis ad ingrediendū monasteria sancte Clare. Que facultas illi concessa: et licētie virtute illius date: solūmodo durauit q̄dū tēpus sui officij durauit. Qui vere plenius oīa supradicta videre voluerit: reperiet in quodā tractatu: Clupeus sacrarū monialium intitolato: per reuerendū patrem frēm Joannem de argomanes clare memorie editum. Cui tanq̄ doctissimo ac peritissimo: indubia fides adhibenda est.

## Inquisitores heretice prauitatis.

Distinctio materie inferius annotata.

**C**irca materiā inquisitorū heretice prauitatis habetur in privilegijs fratris Collectoris. et aliorū mendicantiū ea que sequuntur. Primo ponitur auctoritas generalis ministri super fratres qui fuerint inquisitores: ac etiam super alios fratres in bñdī casu. s. pmo. et. 2. Secūdo apponitur exemptio omnimoda a quibuscūq; inquisitoribus: et presertim ne fratres mine. cum fuerint inquisitores pcedant cōtra fratres predicatorum: nec ecōtra. Et hoc a. s. 3. vsq; in finem.



**Clemens.**

4. concessit generali fratri m. vi. ffes eiusdē ordinis qui ad inquirendū cōtra hereticā prauitatem: seu ad alia bñdī negocia fuerint a sede apostolica deputati: possit libere ac licite remoueri: seu renouare et penit? transire: ac eis vt super sedeant inuigilare: aliosq; substituere: si expedire viderit: et in eos si cōtrauenerint censurā ecclīasticā exercere. Ac etiam concessit: q̄ quilibet minister p̄ prouincialis: vel eius vicarius: eiusdē ordinis possit id ipm̄ facere in sua prouincia circa fratres suos: quibus ab eadē sede similiter contigerit cōmitti. Non obstantibus aliquibus litteris vel indultis apostolicis impetratis: vel impoſitiū impetratis: que de hoc non fecerint mentionē. B. fo. 57. et fo. 141. conce. 326.

**Sixtus.** 4. concessit: q̄ generales ordinū predicatorum et minorū possint examinare gesta per fratres inquisitores suorum ordinū: et que rellas contra illos propositas audire: ac super illis (q̄tum eis instum et equū videbitur) statuere et ordinare: et si eos in aliquo deliquisse inuenerint: illos iuxta ex-



**Inquisitores heretice prauitatis**

cessum exigentiam etiam per eorum ab officio amotionem: ac alias corrigere et punire. Dictosque inquisitores: sibi quod equum et iustum aut necessarium videbitur (non tamen in vna eademque diocesi) multiplicare: libere et licite valeant. B. fo. 66. Et ff. 149. concessione. 366.

**3**  
Pro fratribus  
dicatoribus et  
minoribus.

**C**ONSID. Sixtus statuit: ut fratres inquisitores ordinis predicatorum in fratres ordinis mi. et cetera fratres inquisitores ordinis mi. in fratres ordinis predicatorum quoscunque officio inquisitionis huiusmodi fungituros exercere nullatenus possint absque sedis apostolice licentia speciali: de presentibus litteris specificas et expressam faciente mentionem. B. fo. 66. Et ff. 149. concessione. 366.

**4**  
Pro fratribus  
carminantibus

**C**ONSID. Sixtus omnes fratres ordinis Carmelitarum ab omni iurisdictione dñico: et potestate inquisitionis heretice prauitatis proflus et omnimodo exemptos ac perpetuo liberavit. Ita quod huiusmodi inquisitores: etiam si sint ordinis mendicantius: quavis occasione vel causa contra personas dicti ordinis nullatenus inquirere: pcederent in iurisdictione aliquam in eosdem exercere quo quomodo valeant: sub

**Excoicatio**

excoicacionis late sententie pena quam quilibet contra faciens eo ipso incurrat. Et voluit: quod solum teneantur coram romano pontifice: aut sui ordinis protectore: vel camere apostolice generali auditore: in causis fidei: aut officii inquisitionum concernentibus respondere. Ac decretum irritum et inane si secus super his quicunque huius auctoritate: etiam apostolica: scienter vel ignoranter contigerit attentari. B. fo. 112. Et ff. 196. concessione. 489.

**5**  
In fauorem  
fratrum confessorum

**C**ONSID. Sixtus statuit: quod inquisitores heretice prauitatis quicunque fuerint habeant facultatem procedendi contra eos qui asseruerint: quod confessi fratribus mendicantium ordinum teneantur confiteri eadem peccata rectoribus parrochialibus ecclesiarum. B. fo. 61. Et ff. 144. concessione. 371.

**6**  
In fauorem  
fratrum minorum  
et predicatorum.

**I**nnocentius. 8. approbavit et confirmavit litteras suprascriptas Sixti in. 5. 2. et firmiter observari debere: ac robur perpetue firmitatis obtinere decrevit: propter potiori cautela eas de nouo statuit et ordinavit. Ac vniuersis et singulis inquisitoribus heretice prauitatis predicatorum: et aliorum quocunque ordinum: etiam mendicantium qui non mendicantium professores: et clericis secularibus per vniuersum orbem prohibuit: ne preceptis cuiuscunque potestatis: et facultatis eis attribuit: seu attribuende super inquisitione huiusmodi quantuncunque simpliciter contra quempiam ordinis minorum professorem procedere: et inquirerent officium suum exercere quoquomodo presumant. Et quod si forte presumpserint aliquos ex dictis fratribus minoribus capere: seu carceribus mancipare: debeant remittere fratres ipsos sic captos infra triiduum (postquam de presentibus litteris noticiam qualitercunque habuerint) aut requisiti fuerint) ad ipsorum sic captorum et detentorum superiores: per omnia illesos: sine mora: per eos iuxta iuris formam et regularia instantia debitis penis puniendos. Super quibus dat confirmatores omnes ecclesiarum prelatos: imponendo graues penas in contrarium qualitercunque facientibus. B. fo. 57. Et ff. 52. conce. 60.

**Correccio.**

**2.**

**T**eo. 10. litteras immediate suprapositas Innocentii. 8. inseruit de verbo ad verbum: et approbavit: et innouauit: ac sui scripti patrocinio confirmavit: decernens illas ab omnibus debere inuicibiliter observari: propter potiori cautela: non minus prout per suos predecessores prohibita statuta ordinata: et concessa fuerint: prohibuit. statuit. ordinauit: et de nouo concessit. 113. obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus. B. ff. 21. conce. 64.



## Inquisitores heretice prauit. Interdictum. §. o. c. viij

